Senes facillime ferunt ieiunium. secundo consistentes facilius. minus uero pueri. omnium maxime infantes. horum uero ipsorum quicumque sunt animosiores existentes.

Diversitates etatum intellecte sunt in ordinatione diete uniuscuiusque. Abstinentia et cibi senibus est facilis dura uero pueris. Facilitatem dixit cum neque sunt famelici senes neque noceat eis si abstinuerint esuries. et intelligendum est de pueris. pueri enim citius esuriunt et citius famis nocumentum incurrunt acibus longius tempore abstinentes. Etates inquam secundo consistentes que medii sunt inter pueros et senes. Quia nam tres autem extremitates facilitates et duricies abstinentie in etatibus intellecta sunt. Quod. y. monstravit in hoc amphorismo in subsequenti monstrabit. Qui inquit crescunt plurimum habent innatum calorem. Siquis hos duos amphorismos unum fecerit potest quasi fieri sic. Senes facillime ieiunium ferunt. secundo consistentes facilius minus pueri. omnium non horum maxime infantes. horum ipsorum quicumque animosiores existentes. Qui enim crescunt plurimum habent innatum calorem. Secundo consistentes intelliguntur quorum etas inter perfectam iuventutem et senectutem mediantur ut pote qui cum iuventutem perfectam transeant non dum tamen senes fiant. Quos theophodius secundo consistentes appellavit primo inter quos et pueros alia est etas harum duarum media. Quare sicut est media ita mediocriter necesse est abstineat ut nec facillime ferant sicut senes nec sicut pueri. sed mediocre sunt pacientes hanc pretermisit. y. ut lector per se intelligat. Quod autem infantes animosiores minus dixit esse pacientes naturalem ostendit diversitatem. nam animosiores maiorem calorem habent naturalem. Unde multum nocet eis si ultra modum abstineant. Nota autem quod dixit senes et non seniores. Quod si uiciose in senibus denotaverit te ieiunium ferre facillime illo puro contentum dixit esse. Cum decrepiti neque facile ieiunia ferant nec multam tamen ciborum quantitatem capiant quorum natura est sic lucerna ad extinguendum parata que cum fere extinguatur quietus ut paucum oleum administretur si plus nimis habundaverit citius eam extinguit. Iuvenis autem etas puerorum et non multum sibi cibum postulat nec multis temporibus ad accipiendum indicatur quod eius euenerat eis incipit reddere dicendo.

Qui crescunt plurimum habent innatum calorem. plurimo ergo indigent nutrimento. Si uero non consumitur corpus. Senibus uero paruus calor propter hoc ergo paucis indigent fomitibus. Sub multis enim extinguitur calor naturalis et propter hoc et febres senibus non similiter acute fiunt. frigidum enim corpus habent.

In libro de complexionibus monstravimus quod calor a quibusdam medicis in perfecta iuventute esse maior dicatur. Alii intelligunt infantes maiorem habere calorem quam iuvenes quia calor in iuvenibus fortior et acutior per eos esse uidetur sed sublimis in infantibus ubi calor est habun

dicitur est. necessitas quod inconsequitur ut expositus hic possimus multum dicere de hac re et tamen breviter dicamus. Alii qui autem hii medici proprie calorem solam intelligunt qualitatem. Alii et corpus secundum equalem dimensionem dicuntur qui consuetudinem sunt loquendi et magis antiquioribus. Theophilus vero in quodam suo libro quem fecit de calido et frigido aliquid corpus ceterarum qualitatum diversis suscipiens specibus cum calorem autem suscipiens cum calido, cum frigore suscipiens frigidum appellavit. Dicimus autem calorem multum esse vel parvum ex substantie commixtione. Suscipitur autem calor maior et minor vel in confusione substantie vel in non confusione substantie. In non confusa substantia veluti si duo vasa in equalia aqua equaliter calida impleta in quantitate caloris non erunt equalia. dicemus quod alterum altero calidius de maiori vase hoc intelligi debemus. In confusa substantia minor et maior vocabitur esse calor veluti si duo vasa equalia vino cum aqua equaliter sint plena sed tamen in commixtione non equali dicimus in altero vase plurimum vinum habundare in altero vero aquam habundare plus. Similiter si utrisque in utroque vase equaliter admisceantur tamen aliud vas non sit equale illi tunc dicemus plus vini in maiori et minus in minori. Alii non quantitas sed sola in hiis intelligitur qualitas. dicemus ergo calorem in hoc vase minorem in altero et in altero esse minorem. duobus ergo vasis in quantitate equalibus si in uno est calidum in alio calidior habetur dicamus calorem in hoc vase maiorem altero vel minorem quod tamen est abusivum cum fortiorem et debiliorem dicere debeamus que qualitativa sunt et non quantitativa. nam quantitas soli substantie reservatur qua abusione non solum vulgus sed et medici utuntur dicentes morbum unum maiorem vel minorem cum morbus non sit substantia. Similiter febrem maiorem vel minorem dicunt. Idem de epilentia et pleuresi. In qua nominum expositione intentionem dicentis oportet considerare ne quis nominum dictione diversa sed potius sit dignus infamia non bene comprehendens sua dicta. Unde quidam ypocrati hic in calore obviant dicentes eum intellexisse solam qualitatem cum ipse calidam intellexerit substantiam. Substantiam enim calorem naturalem per substantiam aeream et aquosam et sanguinem vel spiritum intelligimus in quo sanguinem propter terrestrem in iuvenibus qui plurimum habent innatum calorem et humiditatem sicut dixi in libro meo de spermate et menstruo sanguine quibus efficitur corpus humanum. Sanguis enim menstruus naturaliter est calidus et humidus. cum corpus humana nutritur in terrestria sicut in iuvenibus videmus augmentatur veluti et si calidissimum sit erit ignee nature. In hiis enim calor naturalis necesse est ut parvus sit. Et si non esset calor naturalis in febricitantibus multus foret sicut in nostris in ipsis qualitate ante fuit quod ergo maior esset. Calor enim naturalis temperate est complexionis ignee vero accidentalis. Et autem est de corporibus accidentali calore dissolvitur et fumo igneo calidum et siccum plus est. fumus enim calore naturali temperatus est et suavis quod tactus testatur. Calor enim in sanis suavis et gratus est tactui in tactu nocuus in puerorum ingenitus. Sed in febricitantibus magis in solidis arteriis calor quidam qui est ex humoribus putrescentibus horribilis est et acutus et tactui pungitivus. Qualitas autem caloris sanorum in infantibus aerea et pura in iuvenibus. Propterea iuventutis habet calorem pungitivum et non humectativum necessaria amicabilis est nature. Quia enim de qualitate re dissolvitur et unde dissolvitur necesse est assimilari. Si ergo infantium substantia unde fumus dissolvitur aerea est et humida et dissolutum suave erit et humidum. Et si substantia terrestris et sicca est et dissolutum erit acutum et siccum sicut in exterioribus videmus quod fumus de aqua dulci dissolutus suavis est et humectativus et gratus. Ex lignis autem corporum cum incenditur fumus siccus est et acutus. Calor autem corporis duobus modis se habet. aut est suavis et gratus aut est acutus et ingratus. Suavis et gratus magis est in infantibus. acutus et ingratus in iuvenibus. Et si perspiciatur prius planius erit videri. Videmus enim elementa omnia in quibus proposse meo hec reddimus plana. Elementa ergo ex quibus corpora omnia constituuntur scilicet terra. ignis. aqua et aer esse tamen unius substantie infantie est parum terrestris ex parte enim materie aerea est et aquosa et iuventus parte huius est contraria. Et si sic quod et in calore intrinseco esse dicimus equum esse non tamen est possibile. Substantiam calidam in hiis esse equalem. substantia enim infantis est calida et humida. in iuvenibus calida et sicca. Iohannes. Ypocras hic intendit suavitatem esse in infantibus. contrarium vero in iuvenibus. quicquid vero dixit ad quantitatem corporis refertur. substantia humida dignius calori naturali subiugatur cum corpora infantium de substantia humida constituantur. Substantia vero sicca calore extraneo mutato est calida. Si ergo plus pueri aerei sunt et calidi est necesse plus habundare sibi habet caloris naturalis. Iuvenes quanto magis terrestres sunt et minus humidi tanto minus calore naturali necesse est habundare. Quicquid de substantia humida dissolvitur multo magis est quam de sicca etsi in calore sint paria quod videtur in exterioribus corporibus. Si enim corpus humidum et siccum calefiant equaliter per caldubio multo magis dissolvitur de humido quam de sicco sicut patet in oleo et aqua calida. simul ex aqua constat plus dissolvi. Ubi vero calor est paucus et cibus expetitur paucus, si enim paucis carbonibus multa ligna aggregentur necesse est ut ignis extinguatur. Et autem dixit senibus non esse acutas febres sicut iuvenibus sine dubio corpora eorum oportet esse frigidiora. Si autem febris nichil aliud est quam calor naturalis in igneum mutatus constat hunc non tamen mutari in senibus quantum in iuvenibus in quibus multitudo caloris facile adulterinitatem pervenit. Non ergo tamen senes febriunt quantum iuvenes. Quod si acciderit signa sunt perditionis ex magnitudine sui et debilitate subiecti. Hec ypocratica cape volentibus nos contra eum cavillantibus breviter tanta sufficiant que diximus. Ducere autem cum ypocrate cavillantis in quadam epistola respondi quod ita intitulavi. Ypocratem non peccasse ubi dicit. Et crescentes calorem innatum habent plurimum.

Crescentes yeme et vere calidissimi sunt natura. et sompni longissimi sunt. In hiis ergo horis oblationes plurime dande sunt. Etenim innatus calor multus. Multo ergo indigent nutrimento. Signum sunt etates et atlete.

Secundum Galienum potest accipi tripliciter. Primo modo pro ibi concentis tibiis auris. Secundo modo pro isto sub tali pluribus. Tertio modo pro membris nutritivis sicut accipit hic iuste Amphorismo. Hic sunt multa dubitabilia. Primo videtur quod in yeme venter non est calidus et probant tali modo. dicit philosophus in libro de pulsibus quod yemes similat etatem ad primum eius. Preterea qualis est aer tale est corpus. Athanasius. sed yeme est frigidus aer. ergo et membra corporis in frigidum aliter. Preterea videtur quod hic debuit dici de autumpno. Philosophus. Autumpnus est frigidus et siccus sed ratione frigiditatis habet condensare. Ratione siccitatis et constringere. ergo erit magis quod debuit intelligi de autumpno. Preterea videtur quod non potest intelligi de vere. Ver est calidum et humidum cum ratione porositatis calor sanguinis et ideo calor et hic in ipso tempore erit debilior. Preterea et ipse dicit de yeme et vere calorem fortificari tamen non dixit naturaliter unde aut accidentaliter aut violenter. Ad primum dicendum est quod calor potest accipi dupliciter primo pro calore qui fumat in ipso humido spermatico. Secundo pro calore generali. ipse autem intelligit pro calore qui fumat in humido spermatico quod est in spiritibus et respiratis et non pro calore generali. Ad secundum quod tempus autumpni est tempus disordinarium et precedit etas que facit exalationem spiritus unde non assimilatur etati et ideo de ipso non habuit mentionem. Ad tertium est distinguendum de vere quod potest considerari tripliciter. primo pro principio. secundo pro medio. tertio pro fine. primo si ver est totum frigidum et in hoc habet veritatem simpliciter. secundo pro principio et in hoc illud habet veritatem. tertio pro fine et in hoc non habet veritatem. Ad quartum dicendum quod aliquid dicitur accidentale tripliciter. primo per respectum motoris accidentis et naturale per respectum motum. ut verbi gratia. Si ventus movet lapidem sursum intantum quantum ad motorem est accidentale quantum ad motum est naturale. Secundo per respectum motoris est naturale et per respectum moto est accidentale ut verbi gratia. Adamas attrahit ferrum. Sed de proprietate adamantis est attrahere sursum et de ferro est accidentale ire sursum. Tertio quando utrique accidentale ut si quis movet lapidem de sursum deorsum. Sed ad propositum modo quantum ad motorem est accidentale videlicet quantum ad frigus. Sed quantum ad calorem est naturale fortificari interius.

Tempora anni magnum dant adiutorium in ordinationibus cibi. yeme enim maiorem ciborum appetitum videmus maioremque digestionem. in estate vero contrarium, quod bene diffinit cum dixit: ventres calidissimi sunt natura vere et yeme dixit et sompnos longissimos. hoc autem quare sit subiungendo exposuit. etenim innatus calor multus quod multo indigent nutrimento. in calorem absolute dixit sed innatum id est naturalem determinando apposuit. naturam autem caloris naturalis in precedentibus dixit. Cur autem crescat in yeme alibi innuitur ab ypocrate. Calor inquid in yeme in interiora corporis ingreditur et ibidem adunatur. In estate sua similitudine congaudens et exteriora petens dissolvitur et in corpore minoratur. propterea quod digestiones et exsanguinationes et nutritiones meliores in his horis. Sed et sompni longissimi propter longitudinem noctis. Sompno autem quantum natura unitatur bonum est preponere. Quod etates et athlete signum subiunxit in fine calorem multum ostendit nutrimento multo indigere. pueri enim qui multi sunt calorie multo indigent nutrimento. Sed hoc non universaliter in omnibus est intelligendum animalibus. sunt enim excipienda in cavernis que yeme accubantia que tamen non multo indigent nutrimento. Si enim tunc comederent hoc tempore non possent illud digerere. Hac patiuntur id est quod quidam homines cum frigida lavantur aqua. quod si homines qui corpore defecerunt in frigida aqua balnearentur corpora infrigidantur unde male patiuntur. fortes enim corporibus primum recipiunt calorem in interioribus postmodum plus calefiunt calore ad exteriora recurrente. hoc autem sunt in animalibus frigide nature est considerandum quorum calor yemis sustinere non potest frigiditatem unde et quasi mortua inveniuntur et in cavernis habitantia quedam sunt insensibilia et nullum motum habentia quedam vero tandem penitus. Sed calidiora et sanguine habundantia in yeme patiuntur idem quod humana corpora fortiora que aqua lavantur frigida in quibus calor petit interiora cum autem eorum hic immorari videatur non tamen calorem interiora est dicendum petere sed potius intus vadunt calor et sanguis que sunt cum carnis. Cum enim humana natura corporis subsistat spiritu et sanguine et spermatis quoque et humectatione sicut in libro nostro de spermate monstravimus in quo diximus sperma subtiliorem substantiale cum esse, ex qua post solidorum membrorum corporis sit generatio postea vero augmentatio et nutricatio in his ac. Certum est quod meliorem digestionem fieri si sanguis et spiritus in interioribus corporis congregentur. Quod non solum ypocras testatur. Sed in duobus temporibus multum nutrimentum dandum esse conceditur. Quibus temporibus si pauca dissolverentur non multus cibus dandus esset eis cum ad recuperanda dissoluta sit necessarius. proportionale igitur esse ut quantitas nutrimenti quanto transfigurationis. vel ex tempore supra vero dixit ille ypocras comparatur. Vel non solum in his temporibus bene digeritur sed etiam si parum comeditur corpora infrigidantur et maxime impediuntur. Si autem nimium diu comederint non illud patiuntur quod multum comedentes in aliis temporibus. In quibus dicit non solum ypocras redarguitur sed omnes idem facientes. Insulsus enim est qui non fateatur animalis corpus dissolvi sed incomprehensibili sensu solo tamen intellectu quod ostendit necessitas reficiendi. Si enim in eodem statu permaneret et nichil de corpore dissolveretur non sibi cibus esset necessarius. Super quo tendens nec omnis impugnator ypocratis nullam obiectionem tuam nulla responsione ypocratis vel suorum discipulorum esse dignam. Cum ypocras nil consensum dixit ego vice sua non dubito refragari. Aliquid in quantum animal conficit ab initio sui complet quoque atque regit quod non est nisi calor naturalis qui est ut causa omnis actionis naturalis et maxime yemales necessario appetitum augmentat digestionem confortat. sanguinem auget in corpore dissoluta restaurat a corpore purgationis dissolvit superfluitatem. exterior vero calor non tamen superfluitatem corporis dissolvit sed et calorem naturalem quo corpus consistit. Sed dissolutio que occulta vocatur a medicis a solo calore naturali fit qui solus principalis est animalis sicut ypocras ostendit sibi dixit et nos ostendimus in libro de naturali virtute. Sed hic non solum appetitum facit convenientem digestionem quorum sustinet membra et assimilationem sed et expellit superfluitatem cibi. Cum igitur calor naturalis sit fortior et dissolutio superfluitatum et digestionis fit sensus occultatior. Inde dyascorides sudorem exnaturam in quo sit si enim per cursum fit corporis secundum actionem nature fit. quia natura ibi ordinans cibum ipsum vincit vel adcutem humiditas mandetur sensibiliter. Sudor enim in laborantibus vel in nimis exercitantibus vel excercitus fit ex nature fatigationibus. Cursus igitur corporis in yeme est conveniens in omnibus animalibus si menstruum tempus conveniens sit sicut ait ypocras in fine huius libri secundum tempora blasphemant. sine sunt temperata. Virtus enim actionis naturalis caloris si cibus in stomacho bene digeritur testatur in yeme corpus secundum naturale cursum se habere. Quia hoc tempore calor naturalis augmentatur in interiori corpore sompnus fit longissimus superfluitas corporis expellitur licet non sentiatur fumosa cum anhelitu. et grossa tamen via egreditur. Ypostasis quoque urine in yeme magis feculentior est quam in estate et quantitas maior ac turbide urine unde corpora magis nutriuntur. calor augmentatur et sanguis multiplicatur ordinatione tamen modo non excedere. Si qualitas in quid inquiratur corporis in multitudine sanguinis et carnis ex multa comestione fit et ex digestione non solum stomachi sed et venarum et membrorum totius corporis. Quamvis igitur rei veritatem ex partis est non solum in se sed in singularibus purgatio sanguinem in fine veris et ante initium estatis si calida estate superveniente maxime periculum se sibi ne estimet si non se purgaverit. cum calor estatis sanguinem dissolvat et humores sparsos ebullire faciat. vene autem in eo tuntur sed ante ea sibi convenerit. Unde aut crepantur aut putrescunt debilitata humores malos immittit. quibus flegmones erisipile aliique morbi fiunt per naturam rerum humorum que omnia ypocras in amphorismo testatur. In his inquid homines non solum corporis plus digerit sed etiam multo plus cibum dandum est ei. quia cibus ad comparationem naturalis caloris expetitur si non subeat ca

1

11

... extrinsecus extraneus sicut diximus quo uirtute imbecilli effecta minuitur cibus. Ypocras uero iterum tractauit de uere sicut de estate quod ego tamen intactum relinquere nolo. Dico enim initium ueris filius est yemi quam estati. exitus uero finis autem non semper est totum uer frigidum sicut yemps uel calidum sicut estas. unde qui in principio ueris cibum ordinari sicut in yeme fuit ordinatus sitim si totum uer friguerit uelud in yeme ordinandus inueneris et si fine totus caloris est ordinanda dieta sicut in estate. Si mediocre mediocritatis diete ordinanda erit. Que omnia in sanis sunt obseruanda post enim infirmorum subiciuntur dyeta.

Humide dyete omnibus febricitantibus conferunt. maxime uero pueris et aliis sic assuetis refici.

Precedens amplius de quantitate cibi subsequens de qualitate tetigit in quo multa innatura sub breuitate tetigit et introducit Ypocras. Primum quomodo febricitantes oporteat nutriri. Secundum qualiter nutriantur sani. Res enim extra naturam egrediens per contrarium reducenda est ad naturam propriam. Naturalia secundum similitudinem sunt conseruanda. In febribus quia calidus est morbus et siccus cum febris nichil aliud sit quam calor naturalis in igneum mutatus humida dieta dabitur cum ei existente secundum contrarium ex etate uel consuetudine humidum non secundum contrarium sed secundum similitudinem dieta est danda. Opportet enim naturam custodire non minuere nec mutare sicut in morbis est facere. Cum uero in ydropisi cum febribus repugnare Ypocrati arbitrantur quia non humidis sed siccis dietantur in ordinandis maxime de simplici dieta que multum huic loco est necessaria. Sed in megategni apertius autem est explananda ubi singuli morbi simplices sunt ... medicabuntur. compositi compositis uel equaliter uel uno alterius minus. ydropisi uero cum febribus sic medicandi sunt ut pleuretici et sanguinei secantur hii enim morbi duo quia sibi contrariis medicaminibus indigent contingens. Infirmis quoque duobus ... ut fortiori medicine plus. alteri tamen non negligatur. sic et ydropisia cum febribus duobus contrariis ... inueniuntur sicut in compositis fit infirmitatibus. Ypocras autem hic reprehensus non hic neglexit si preterea proto ... comunium ponit sicut in hiis amplius etatem et consuetudinem ponens sine tamen intellexit similem tempore quoque et regionem. Si ergo corpus naturam exierit medicando est et ... reducendum sanitati. Si uero naturam seruauit sanitatem in sanitate custodiendum assimilandum erit. sicut Ypocras auctorizauit de quibus planius in megategni diximus.

Et quibus semel aut bis aut amplius aut minus et secundum partem dandum uero aliquid tempori et etati et regioni et consuetudini.

Cum superius de quantitate et qualitate ciborum sufficienter disputauerit ordinem quoque addi ... recitare hic uoluit non enim satis est hoc solum scire si infirmo cibum multum siue paruum dietatiuum seu humectatiuum nisi et hoc scieris cui semel uel bis amplius quoque siue minus dandum sit. Que intelliges ex tempore etate consuetudine sicut et superius dictum est. scilicet de quantitate et qualitate. Unde subiunxit dandum aliquid tempori et regioni etati et consuetudini ubi innuitur si multotiens uel paulatim uel non etiam dandum sit. Quibus disponendis qualitas morbi uirtus quoque infirmi consideranda est in primis deinde tempus etas consuetudo et similia que quo modo fiant in presenti dicam. Si uirtus infirmi debilis sit et qualitas corporis corpus corrupta sit uel minorata parum cibi et multotiens dandum erit. ... ex uirtute est defecta qui scilicet multum cibum non sustinet multotiens dandus est quia corpus minoratum multam refectionem expetit ut crescat. Corruptioni restauratio necessaria est cum temperamento. Si uirtus sit debilis huic defecta corpore non extenuato uel corrupto uel minorato et chimus naturalibus non corruptis habundantibus oportet ut parum et paulatim detur. quia ... exsistente forti chimus uero multus et temperatus reficiendum erit. Virtute uero forti corpore corrupto uel tenui multus cibus et multotiens erit dandus. Multa enim refectione corpus indiget quia uirtus sua fortitudo digerere eam potest. Si nobis ... febris obuiauerit multotiens cibus dandus erit ... multum cibum ... Si uero uirtus fortis et morbus ex habundantia fuerit paruus detur cibus et paulatim. ... uirtus digestiua fortis sit ... morbi cum parum dandus erit. Cibus ergo dabitur hoc modo secundum quantitatem morbi et uirtutem infirmi. Secundum tempus quoque etatem et consuetudinem et similia ciborum erit quantitas. In estate enim cibus multotiens dandus ... paruus ... quia indiget ... dissolutione. parum ... uirtutis ... refectione. In yeme ... paulatim ... est dandus. multus ... fortitudinem ... paulatim quia non ... indiget refectione. ... multis euacuati sanos enim ... sufficienter euacuatur. In yeme ... calorem ... interioribus latitantem. ... uero uere appropinquante iam estate parum cibi et longius ... temporis. hoc enim tempus morbo de plenitudine assimulatur. quia ... in yeme congelati dissoluuntur et ... Idem quod diximus in morbo de plenitudine faciendum est. parum enim cibi si uirtus sit fortis et longius dandus interuallis. Similiter et ... faciendum est et maxime in febricitantibus de quibus Ypocras in hoc loco ... de sanorum dietis iam diximus. ... morbo de humorum corruptione assimilatur. unde et febricitantes hoc tempore ... indigent refectione laudabilis cibi. ... multis cibis et multotiens dandus erit ... et parum. Secundum etatem regionem et consuetudinem ... secundum qualitatem morbi et uirtutem infirmi. ... illam uirtutem augmentant et confortant uel minuunt et debilitant qualitate quoque et ma...

p

terium morbi augent uel minuunt uel in malas qualitates conuertant.

Estate et autumpno cibos grauissime ferunt. Yeme uero facillime. Vere secundo.

Et uerba non sunt ut quidam putant duplicata. Quidam enim quod prius dixit uentres yeme et uere calidissimi sunt natura et hec uero estate et autumpno grauissime ferunt cibos et reliqua putant uerba sua esse duplicata. Sed non est ita cum enim superius per tempora anni quantitatem diete ordinare infirmis ad quod sanis ostendisset hic nunc fuit ostendere multum cibum semel acceptum non nocere quia facile in yeme ferunt in estate uero difficile. Cum certa corporis calor non creat et uirtus digestiua defecta sit caueant ne multus cibus subito detur. De aliis uero temporibus duobus scilicet uere et autumpno dico quod autumpnus in natura sua assimilatur estati uer quoque yemi. Et potest intelligi quod in autumpno corpus incipit refrigerari pori uero claudi. Vere quoque dissolui et rarificari pori. Hic etiam ypocras de sanis innuit non ergo eadem uerba duplicauit. Item quod superius dixit de sanis intelligere debet. Hec autem attinet infirmis.

His qui in circuitibus exacuunt nichil dare neque cogere sed auferre exappositis ante crisim.

Omnis ordinatio diete uel triplex est in quantitate uel qualitate aut quando debeas dare. In duobus precedentibus in febrium interpolationibus nulla autem doctrina datur in tercio id est quando debes dare quod multum nos adiuuat. Unde etiam in circuitibus id est interpolationibus aliquando per quartane potenderit interpolatio nes interpolationes febrium in quid quo tempore cibus debeat dari. Si enim interpolant febres unum tempus custodiant et in ipsum interpolant tunc nichil esse dandum. Si autem interpolationes unum tempus non obseruauerint tempus dandi cibum si quoniam non possunt certificari. Unde ypocras his qui in circuitibus exacuuntur nichil dare neque cogere. Precepit ergo nobis in incipientibus in accipiendum appropinquantibus morbis cibum debere dari. Ante dixit ante crisim uel dixit ante horam accessionis uel ante statum uel ante ueram crisim intelligi. Quoniam horum intelligas satis uerum esse constat. Secundum intentio sua fuit non ante accessionem aliquid dari. Superius enim de statu dixit cum quo in crisim deueniunt hic ergo de accessione solum intellexit.

Ea quorum crisis fit et quorum facta est equaliter non mouere neque nouum facere oportet neque farmaciis uti neque aliis prouocationibus sed sinere.

Postquam ypocras de ordinatione diete exple uit quando natura debeat diminuti operari ostendere incipit ut faciat si quod oporteat infirmis. Obtestatur autem ypocras ut ne aliquod adiutorium preoccupantes festinemus nisi solum in dieta ordinationibus et ostendit quando natura non permittatur operari sed potius debeat adiuuari dixit Galienus Ea quorum crisis fit aut iam eorum facta est equaliter natura sunt permittenda ut sicut oportet facere faciat. Nam de ea nos introiungunt impedienda. Sed si natura moueatur ad crisim non perfecte oportet quod de motu suo minuit supplere. Galienus in libro de crisibus dixit in quo libro idem intendit. Crisis inquid perfecta est ut natura currit sicut quod oportet. Nam de numero significationum laudabilis crisis aliquid mutet quarum prima hec est. Crisis autem cum purgatione aliqua melior est ea quam cum apostemate est. Secunda est que chimos purgat nociuos qui sunt causa morbi et dimittit corpori in ista melior sibi opposita. Tercia significatio crisis est que cum purgatione recta fit id est procedens de loco morbi que melior est quam sibi contraria. Quarta crisis est que est cum quiete et leuitate corporis et hec est melior quam sibi opposita. Quinta significatio crisis est post apparitionem coctionis que melior est quam sua contraria. Sexta est in die cretica et laudabilis melior quam sibi opposita quas omnis in crisi perfecta esse oportet. Si enim minus sit una uel altera siue crisim excedat nec perfecta esse crisis cum dicitur neque certa.

Que ducere oportet unde maxima trahit natura inde ducere oportet per conuenientes regiones uel loca conuenientia.

In huius uerbis intelligere nobis innuit purgationes humorum qui sunt materia morbi quibus crisis est imperfecta aut imperfecta futura est. Et etiam monstrat per que loca purgari oporteat. Et secundo significari innuitur. Unum naturam scilicet morbi per quod purgatio debeat fieri. Alterum quo humores effluere habent. Dixit Galienus Unde maxime trahit natura. Loca uero per que apte sunt purgationes sunt hec. Intestinum. Stomachus. Vesica. Vulua. Cutis. Fauces. Nares. Cum neque cerebrum debeat purgari purgabitur fluxu sanguinis qui e naribus fit maxime membro opportunis quod si non contrarie. Cutis autem chimos ad loca non sibi conuenientia est cum membra nobilia sit et sensibilia et ad patiendum suspectius quod si purgare per se uelint magis dampnum quam si crisis accidit incurrunt. Ubi gratia. Si in epate sunt chimi morborum generatiui et quos purgare necesse sit. Conueniens locus erit stomachus et intestina ipsius meliora sunt tu egestionibus quam superiora cum uomitu uel renes et uesica. Ad si ipsi chimi ad pectus currerint uel ad pulmonem sine eorum peruenit non signum laudabile erit. Unde et in parte medicum inuestigare oportebit unde siue ubi natura destinat humores uehi. Quia si natura ad apta loca mittit propter uiam ipsius et succurritur eis. Sin autem sine diri [illegible] quo possit repugnet et ad apta loca transmittet.

Digesta medicari et movere non cruda neque in principiis nisi furiosa sint. multa autem non sunt furiosa.

Sed Consuevit ypocras cum medicari dicat intelligere laxativam. Sed quod dixit furiosa abusive posuit cum ab animalibus mutuatur furiosis humoribus hoc attribuerit. cum enim animalia ad coitum furiant in loco uno stare non possunt propter nimiam sui concupiscentiam que movet ea et facit furiosa. nocentes eius inde et humores aliquando se movent et infirmo nocent de menbro in menbrum currentes egrum quiescere non permittentes actionesque nature disturbantes quod si fuerint huius oportet eos purgari. Si autem quiescant et in quibusdam menbris habitantes se non moveant non sunt medicamentis movendi quia natura non regit eos in expulsione donec maturaverit. Quibus maturatis natura nos adiuvat in illis expurgandis. Natura enim non post morbum maturatum dividit humores eorum expellens superfluitates que sunt nocive et morbi cause quo in tempore crisis solet evenire. Cum tamen natura perfecte ad crisim moveat non indiget medicaminibus. Si autem in perfecte oportet eam nos adiuvare et minoritatem sue virtutis explere ut crisim faciat perfectam cum utroque id est natura et medicamine. Nos autem in libro de virtutibus naturalibus monstravimus quia natura cuiusque menbri iiii virtutes habet. scilicet appetitivam attrahentem sibi convenientia. Alteram contentivam circumdantem. et digestivam exequentem et mutantem digerenda. quartam expulsivam expellentem nociva. Et iuvamur quia medicina laxativa extrahit sibi similia. Bene autem nos adiuvat ypocras cum multa et non furiosa esse dixerit. quod per experimentis nostris est enim currentes humores de menbro ad menbrum maxime in uno eorumque menbro quiescentes et consistentes. et in quo permanentes usque ad finem morbi se excoquant et digerantur. Hic autem amphorismus raro in libris invenitur sed ego eum inveni in libris de chymus.

Que egeruntur non multitudine considerare oportet sed quomodo egerantur si qualia oportet purgari purgentur. et confert et bene ferunt. Et ubi oportet usque ad defectionem ducere et hoc facere si sufficiat egrotans.

Oportet purgandorum habere definitas quantitates sive naturalia sive artificialia sint et sicut fuerint qualitates materiam morbi assimilantes sic et quantitates secundum quantitatem materie debent esse depurgantes. Qualitates autem purgationum superius monstravimus ubi in perturbationibus ventris et vomitibus qui sponte fiunt diximus. purgationum vero quantitatem nusquam tetigimus in hoc igitur amphorismo posuit signa quantitatis purgationis. Si enim cum medicina tota materia et causa morbi purgetur infirmus quiescit levius. Si si cum re naturali purgandus misceatur gravatur et angustiatur infirmus cum sua deficiat virtus. Unde non ex quantitate purganda considerentur sed ex dicendis significationibus id est levitate et quiete infirmi et nocivorum exeuntium qualitate. Dixit et ubi oportet usque ad defectionem ducere utile est si adsint significationes quas quidem sic habent. quas cognoscemus experimentis et rationibus. quam defectionem tamen ypocras testatur prius tamen videamus illam scilicet que de flomia vel alia medicina venit vel ex humoribus acutis in ore stomachi. de hiis enim necesse est deficere. quoniam cum hee defectiones soleant contingere cum oportunas purgationes non videntur esse sufficientes sunt febricitantes qui patiuntur defectiones propter angustias. Unde et propter eorum assiduam surgere et eorum movere. unde quia aliquando hee defectiones non sufficiente virtute stomachi puto oportere. Intendit autem ypocras hic defectionem id est purgationis quantitatem sic in acutissimo apostemate et in febricitantibus pacientibus et in maximo dolore non nos intromittamus temere nisi et virtus custodiatur. Quorum experti fuimus inmirabilem et maximam iuvamentorum invenimus. cum enim stomachus usque ad defectionem in pacientis febribus statim eorum refrigerantur et febris extinguitur et plurimis ventres solvuntur et sudores patiuntur. multi quoque perfecte sanantur. In maximo igitur dolore nulla medicina est utilior seu perfectior hac defectione. Oportet tamen discernere ubi flebotomare et ubi medicinam vel farmaciam dare oporteat quod diximus in libro de flomia.

In acutis egritudinibus raro et in principiis uti farmaciis et hoc prius diiudicantes facere.

Consiliatur ypocras materiam purgare non crudam hic purgationes necessarias monstravit ab initio et tamen in febribus pacientis et raro cum scilicet furiose sunt passiones precepit id fieri consideratione maiori. In diuturnis autem morbis purgationes expectentur adsignato decoctionis. Quare dixit bene diiudicantes facere quod intenderit debemus perpendere. Utrum corpus infirmi ante purgationem paratum vel expectare naturam operari ut corpus farmatie aptum sit aut quid portendit. Si quidem recte consideravit maxime custodiendum et cavendum est nobis in purgationibus huius. Si enim in acutis febribus secundum quod non oportet dentur periculosum est valde. Omnis enim laxativum secundum se calidum est et siccum unde febris sunt non ergo necesse est dare medicinam calidam et siccam sed refrigerativam et humectativam non igitur farmatia in febribus cum caloris est exercenda. danda tamen causa chimorum qui sunt materia febrium cum purgationes intellexerimus plus iuvantes quam angustie timores quod sit cum materia morbi sine corporis nocumento potest purgari. in quo perimendus est si corpus farmatie appetitum sit. Quorum enim morbi ex ... pinguedine vel ex multis cibariis grossis et viscosis vel ex tumore vel extensione subdiafragmate vel ex nimio calore vel alicuius menbri apostemate. stulti inquam ... purgationem ad purgationi parati sunt in principio. Ubi igitur purgo co

grunt. multum eorum conuenit. Conueniunt enim humores subtiles et faciles esse et sic euidens est. ac materia exeuntium paratum esse. alii continuatione quod totum illi artificiale est faciendum illo. sic hic in subsequentibus affirmauit. In egritudine acuta non nisi firmat. Principio dicit est .i. prima die. uel aliquis sedis qui non est tam spatium ut corpus ad hoc appareat suscipiendum quod esse posset medicatum, totum dare forte in quo equatur, ysopus. calamentum amcos et his similia. Hac de causa ypo. precepit raro in principio farmaciam in egritudine acuta dare et maxime cum sit furiosa que si sint caueanda cum non est apparata materia, actum morbi dabit spatium appareat.

Si qualia oportet purgentur confert et bene ferunt contrarium uero inportune.

Iste amphorismus in prioribus explanatus est. ut in perturbationibus uentris et c. di. Sed quia de artificiali purgatione dicebat hic et qualiter debet fieri non fuit sibi graue repetere quod ante dixit. Quod ad hoc tamen repetit ut recordemur quod prius dixit. et quia in priori amphorismo artificialem solam tetigit hic utramque intelligenda innuit. Secunda particula.

In quo morbo sompnus laborem facit mortale. Si uero sompnus iuuerit non mortale. Quod in hoc loco laborem nocumentum intellexerit ex subsequentibus monstrat. cum si iuuerit dicit. unde ex oppositione monstrat nocumentum. labor siue per locum ab oppositis e intellectus labor nocumentum. Nocumentum uero sompni duobus est modis. uno modo uniuersali cum in initio interpolatarum febrium infirmus dormierit. alio particulari cum in morbis quibusdam infirmus dormierit. huc p. intendit cum prius non nec mortem, neque nocumentum portendit, sed potius naturam in initio iuuat. Calor autem in chimis in initio interpolate febris interiora petit sicut idem alibi innuit maxime si quis rigorem habuerit tremorem et nimiam frigiditatem in corpore exterior. Si in initio interpolate febris dormierit prolongantur hec accidentia neque febris ad statum nisi post magnum laborem appropinquat. Si uero apostemata alicubi lateant augmentantur et si chimi aliqui ad stomacum currere solebant non solum digeruntur sed etiam augmentantur. Quapropter infirmi hoc tempore non sinunt permittendi dormire ut exteriora habeant spiritum et sanguinem et calorem sicut et interiora. Sed arguitur a sophistis obicientibus nobis quia nouerit illos non a sompno uenit sed a febribus quod tamen excitatur minuitur magis aut nec si non excitaretur non tamen causa sompnus fuit nocumenti sed quia non excitatus sit. hoc ergo palam est sompnum iam initio febrium nocere. sed potius auferre sompnum innuit nocumentum. Alii uero dicunt quod sompnus noceat confirmatur ypocras uino in initio febris in

tendisse sed alio quodam ipsi fuerit. Multi autem ut uiuare magis in febrium declinatione et alii in statu et alii in augmento statum uiciniorem. Si ergo noceat in augmento statum uicinum non est ad mortem fortis eius significatio. In declinatione uero nocens certum signum dat ad mortem. Si ei solentia uiuant in suo tempore tunc non iuuent cum debeant uiuare mala procul dubio est eorum significatio. Nocumentum uero sompni contrarium erit iuuamento sint cum febrem non minuat sed potius augeat. dolorem quoque minuitur, maiorem et. alii apostemata augmentet, et alii infirmus irrationabiliter in sompno loquitur cum uero excitatur in eadem uanitate manet aliquamdiu. Alii surgit stupide nisi magna cum uirtute excitatus. Hec omnia proueniunt ex humorum pessimitate. Si enim catarrus in corpore fuit fortis in sompno eos digerit. Si autem debilior fuit et chimi eum uicerit dominantur chimi uisceribus unde hec omnia accidentia eueniunt. intendit exteriora corporis in uigiliis calefieri in sompno uero refrigerari in quo plurimi concordant philosophi. Sompnus uero et uigilie calores naturales intus et exterius fuit coadunate. Sic ergo calor iste in uisceribus coadunatur in ma morbi cum supergrediatur certa modo significatur. Sed si natura uicerit et sibi potuerit dominari bonum quidem est. Si non etiam signum sanitatis post tamen dicit infirmum ipsi deleri sanari et alia de causa periculum .i. si patiatur apostema in aliquo nobili membro et apostema diu si fit dissolutum quidem ipse est ipsum mori. Bonum est ergo ut dicamus si laborem faciat sompnus quod mors significatur si uero iuuet non mortale. Et sompnus nocet inuitatur in epidimia cum dicat. Multi inquit hominum alienationem oppressi fuit et stuporem. Alii uero per sompnum soluerunt.

Ubi delipientiam sompnus sedat bonum. ubi uero prauat mortale.

Sic hic amphorismus superioribus continuetur ut sumus fiat amphorismus iam dictus. In quo morbo sompnus laborem facit mortale si iuuat non mortale. Si ergo alienationem sompnus sedat bonum est. unde iste amphorismus priorem uidetur confirmare. Et intendit et ypocras sompnum bonum esse si dolorem mitiget et apostemata similiter sed si eum hec omnia intellexerit periculosus quod non tamen unde hec intelligeretur nominauit.

Sompnus et uigilie utraque magis modo facta malum.

Quidam medici male arbitrantur malas uigilias esse excedentes modum et sompnum sed non sic sompnus quod sompnus semper bonum signum est ubi sompnus modum excedit. Multi quoque erraverunt stuporem putantes longum esse sompnum. quibus nos obuiamus quia tamen usque ut stupor longus uocaretur sompnus. Cum ergo modum excessit et sine stupore fuit longus sompnus uocabitur quem

primus sensus .i. cerebri frigiditas facit. que si sit fortis et commixta humiditati litargiam facit. Si vero misceatur siccitati catalempsiam .i. congelationem facit. Econtra vigilie eorum ex primi sensus caliditate fiunt que vel ex frenesi sit fine cerebri dominante vel ex colere etc. commixtione quod in quibusdam libris meis nos meminimus explanasse. Unde hic tamen breviasse sufficiat. Sicut autem quidam sompnum excedere negant temperamentum. frenesim et de vigiliis putant sentiendum.

Ubi plenitudo non indigentia neque aliquid quodcumque fuerit magnatura nichil bonum.

Cum impedientibus .ypocras. quadam unum intellexerit in hoc subsequenti omnia subintroduxit omnes sanitatem temperamentum esse et equalitatem. Exiens ergo temperamentum vel equalitatem pecul dubio incidit in infirmitatem. et ubi nichil egrotatur morbus. Si vero parum est morbi appellatur.

Labores spontanei narrant morbos.

Nomen laboris motum non nimius motus conficit. Si autem nimium est sed quod sine motu tale quid contigerit non labor absolute sed potius labor sine causa appellandus est. Qui labor triplex est sicut in libro de regenda sanitate monstravimus. Unus .s. sicut dolor vulneris. Secundus dolor q. techam. Tercius vero dolor in apostematibus. Causa primi mali est chimi. Secundi de habundantia bonorum chimorum. Tercii utrumque. Quod cum ita sit necesse est hic laboribus morbos nunciari.

Quicumque dolentes aliquid corporis plurimum dolores non sentiunt his mens egrotat.

Cum dolorem ypocras sepe appellare consueverit non hic dolorem intendit. Si enim doloris sicut in epydimia dolores primi quos craton sustinuit fuerunt frigidi posteri calidi per calidorum et frigidorum non dolorem intellexerit sed qualitates has queque fuerunt causa doloris. Frenesim hic autem significavit. Apostemata et calida ut erisipila. Vulnera. Incisiones excoriationes et contusiones et similia et que corpus patiuntur infirmi mente egrotante ea sciunt. Neque distat sive mentem sive intellectum. sensum quoque sive memoriam.

Quecumque in multo tempore extenuantur corpora tarde reverti consueverunt. Quecumque vero in modico modice.

Omnes parvo tempore extenuans corpora exinanitione humiditatis corporis est intelligenda non quod dissolvantur solida membra. Que vero multo tempore macrescunt carnes autem solum portendunt et membra cibum per corpus distribuentia eumque digerentia sanguinem quoque generantia intelliguntur esse corrupta ut non possit cibus digeri quantitate corpori sufficiente. Unde cum necesse sit corpus cibo refici multo plus quam tempore revocari. Hic autem ypocras intendit corporis sola humiditate exinanita cum dieta cibi velocissime ad crassiciem revocanda sicut est ei digestivam appetitivam creavimus esse fortia. Finis autem huius amphorismi in diversis diversus invenitur libris. sed tamen eidem tendit. Que in modico modice. ubi que in brevi tempore cito reverti consueverunt.

Si ex egritudine cibum accipiens quis non convalescat significat quoniam corpus amphori cibo uti. Si vero cibum non accipienti hoc fiat significat quoniam corpus evacuatione indiget.

Hic amphorismus ex brevitate unius verbi est obscurus quod fuit usuale asiam habitantibus et est adhuc usuale et est illud accipiens. desiderantis intelligitur seu volens. non desiderantem eum cibum. non accipientes. desiderantes et corpus implentes dicimus accipientes. Siquis ergo ex egritudine exiens cibum desiderans et accipiens non corpus revocatur ad sanitatem pristinam cibo accepto non corpus nutritur sed potius agravatur. non desiderans vero accipiens quantum sufficiat humores malos se habere significat. Quibus si non purgetur per corpus ad proportionem virtutis non relevabitur. ypocras autem in hoc libro et in multis aliis multos augmentantes proportionaliter humores et simul minuendos innuit. Sic si est unus farmatia minuetur. Oportet enim ipse probasset et alibi dixisset duos amphorismos sub intuitu in quibus de eadem dispositione ut per precedentem asseritur dicitur. Si vero quod cibum non accipiente hic fiat significat quoniam corpus evacuatione indiget. Multi discordavit liber de his duobus amphorismis in fine sui ordinis. Quam autem sic ordinavit non pura corpora quantumque nutries magis ledens ut continuatione verba sic: Si cibum non accipienti hic fit significat corpus inanitione indigere quia non pura corpora quantumque magis nutries magis ledes. Si enim libros revoluerim et in eis ita sic modo hic habere reperirem. sic inveniendum explanavi et .s. dimisi.

Corpora oportet ubi quis vult purgare fluxa facere.

Multi medicorum fluxa facere arbitrati sunt ut vomitum medicantes vomitum preparent cum aqua calida et humidis et fastidiosis cibariis cibare et sic tandem materiam duci. Quibus vero farmatia deorsum venientes mollificentur ut ventres ad laxationem apparentur. Sed non tamen vult fieri in tertio ypocras.

aliud enim est maius et magis necessarium. Hic prudenter quod multis multotiens probavimus experimentis. Subtiliandi enim sunt humores grossi et viscosi per apozimata quibus valeant currere et cum medicinis extrahi et expelli facile temperata in qualitate non contrariantur natura. Qui neglexerit et ad medicinam tamen intenderit humores dissolutos grossos et angustiosos reddit, et cum nimiis tortionibus defectionibus et vertiginibus multis et pulsibus inordinatis. Que quomodo fiat in quodam libro nostro exposuimus. Hic Ypocras intendit corpora scilicet fluxa. nostri vel solone purganda facere mollia ut relaxetur aperiatur subtilietur et dissolvatur materia.

Non pura corpora quantumque nutrieris magis ledes.

Cibi subeuntes corpora non prius mundificata corrumpuntur malis humoribus quorum quantitas necesse est ut augmentetur et qualitas non mutetur. Hoc primum patiuntur quorum stomachus redundat malis humoribus. Patientes enim primo quod dictum est interius cum dixit. Si ex egritudine cibum accipiens quis et non convalescat et hoc dicit.

Facile est repleri potu quam cibo.

Cum hic Ypocras intendit hic de his qui erant refectum ut ad se redeant corpora sua: quod faciant statim. Hic voluit ostendere cibaria hic facientia. Sicut enim in quodam libro suo declaravit. Qui cito vult reintegrari ad hoc si optimum est humidis repleri. qui vero celerius refici vult potu reficiatur. Non tamen intelligendum est absolute quod ibi dicit humidis hic dicit potum. Sed potius illa vina que corpora sunt nutribilia et grossis cibariis admiscenda sicut vina grossa. Vinum enim aquosum et subtile atque album naturam aque et vinum et illius virtuti et illius virtuti (?) ad nutriendum unde urinam provocat nec inde corpus nutritur nisi parvissime. Vinum quoque grossum et rubeum nutribilius esse certius in presente cito corpus obnoxia in auctiori. Cumque autem quis cibus digeratur intelligit hic de cibaria nutribiliora et faciliora corpori prediciatur.

Que relinquuntur in morbis post crisim subversiones facere consueverunt.

Hic amplius superiori continuatur ubi dicit. Si ex egritudine cibum accipiens quis non convalescat amplior cibo utitur corpus. Si autem non acceperit hic sit evacuatione se indigere significat. Vult enim hic ostendere quare cibum quidam abhorreat ac si diceret. Sicque in quo cibum accipiens non convalescit evacuatione se indigere significat. Quia que relinquuntur in morbis post crisim subversionem facere consueverunt. Que relinquuntur sicut quod intendit Ypocras. mali enim considerantur quibus longius tempore putrefacta necesse est febres generari. Omnis enim humor extraneus qui non de naturis corporum

est comprobatur impossibile est ut ea mutat sed potius in putredinem mutatur quod si in locis congregatur calidis fortior et velocior efficitur.

Quibuscumque crisis fit in his nox difficilis ante accessionem superveniens non levior ut in pluribus.

Crisis est velox et vehemens motus morbi cum infirmus ad mortem vel ad salutem deducitur. Est autem cum natura alicuius diu dat nociva ut ad expellendum faciat apparata. Quod cum fiat necesse est infirmus patiatur angustias a morbis directat. Nocte autem plus apparet. Consuetudo enim est humana ut nocte dormiat. Si autem angustia sompnum aufert facilius quietis hora apparent pericula. Nisi autem apparent pericula in die quod crisis in nocte esse debet. Quod dixit postea superveniens vero levior ut in pluribus quibusdam libris non invenitur per que vel quod tamen crisis intelligit que ad salutem pretenditur. Et bene dixit Ypocras quia post humoris repulsionem necesse fit subsequi corporis quietem et levitatem. Crisis vero ordinatio plus attinet sanitati quam morti nisi morbus sit pestilentialis.

In ventris fluxibus mutationes egestionum iuvant si non ad mala se transmutet.

Diversitates egestionum et mutationes earum significant purgationes multorum et diversorum humorum et fiduciam sanitatum et mundificationem corporum nisi cum transmutentur ad malum. Si enim significent dissolutionem corporum solidorum et dissolutionem membrorum corruptionem vel putredinem eorum malum erit. Sicut Ypocras in pronosticis dixit cum egestionem tetigit pinguedinis quam significare dixit dissolutionem substantie humiditatis. fetentem quoque dixit egestionem corporis pretendit putrefactionem.

Ubi fauces egrotant aut pustule nascuntur in corpore oportet considerare egestiones. Si enim colerice fuerint corpus egrotat. Si vero sanis similes certum est corpus nutriri.

In hoc amplius duo apposita inveniuntur esse opposita. quibus oppositis necesse est nos respondere. Sed si cum unicuique oppositorum partem quandam sibi subtraxerit per partes oppositas dedit intelligere veritatem. Si autem hic veritates poluerimus (?) universorum suorum erit intellectus. Ubi fauces egrotant vel pustule seu vulnera

certificantur egestiones seu alia a corporibus expulsa considerentur. Si enim colatura emittetur corpus infirmabitur neque certi erimus utrum mittere ipsum debeamus. Quod si exercitia sanis sunt, salva corporis erit sanitas et pro certo nutriendum. Hoc autem .y. sic est intelligendum oportet autem hic subici. Evacuationem autem regitiva alia de membris nobilibus malos expellit humores cum uomitu aliis cum urina et egestionibus quamque per porros apertionibus .i. sudore quos si eos oppilatos inuenerit et materia expellenda grossa et uiscosa fuerit non potest materia expelli clausa latens sub cute corporis unde pustulas et uulnera necesse est generari. Frequenter autem facile recipiunt humores descendentes a capite unde et subsequitur eos infirmari. Oportet ergo considerare utrum ne natura omnes illos humores in debilia membra expellerit et nichil tamen in reliquo corpore remanserit quod intelligitur per exeuntia a corpore. Si enim natura malos humores non expulerit necesse est egestionem donari colericam. Aliqua pustule uel uulnera ex incisione fiunt sanguinis que incisio per coleram rubeam fit. Ypocras autem hoc monstrauit corpus prius debere mundificari quam nutriri. Corpore enim non mundificato et nutrito magis fit lesio. Si autem corpus exercitia sanis sunt salva humores in corpore puros significat.

Ubi indigentia non oportet laborare. Certa fames est cum homo indigentius sequitur appetitus. Fa[illegible] cibo una [illegible] mem autem ypocras indigentiam nominat in sua epidimie particula. Hebdomadis inquit cum pro indigentia comederint leguminibus sequitur eos pedum debilitas. Idem ergo indigentiam coactam siue uoluntariam famem nominat. Ubi dixit humidum huius corpus oportet indigentia mediatur quia humorum superfluitas desiccet. Frequenter in pronosticis oportet infirmum interrogari an solutionem uentris uel indigentiam habuerit. Ubique ergo indigentiam nominat cibi paupertatem intellexerit. Ubi ergo indigentia non oportet laborare quod qui inde manducare non habet non oportet ut laboret. Laborare autem nimium dicit mouere quod alibi exercitium dixit. Cibus ergo semper exercitium precedere debet uel precurrere. Quod uniuersaliter sanis et infirmis faciendum est. Sanus autem non indigens est laborare et tamen ieiunare. Frequenter infirmorum corpora non magno motu sunt fatiganda. Et breuiter ieiunia in firmata uel stomachi ieiunantibus est nociua. Quia in hiis membris deficit uirtus quod dissolui siue sanus sit quis siue infirmus. Ypocras autem ad hoc intendit ut uirtus conficiatur infirmitas sicut in libro sicut in libro de dieta antiqua. Uirtus enim una est et non una ingenie una et multiformis et non una in specie.

Quecumque cibus intrat preter naturam illic egritudinem facit. Manifestat uero sanatio.

Quod hic dicit in alio amplius particulari monstrauit ubi dixit neque plenitudo neque indigentia uel alias res si naturam excedit est laudabilis. Si hic de sola dixit plenitudine naturam posse excedere. Quod autem preter naturam dixit ad comparationem alterius

appositum plenitudinis que operatio duobus modis fit uel ad largitatem uasis respiciens uel ad tenorem uirtutis corpus regentis. Quod autem cibum preter naturam nutrimentum dicit facere egritudinem ad hoc subiunxit ne arbitremur stomachi excedentia nocere uehementius quam possit capientem non nocere. Si enim uirtus sit fortis possibile est ut cibum implentem stomachum digeri. Si debilis etiam paruus cibus non potest digeri maxime si sit digestibilis cibus implens stomachum non autem implens indigestibilis est. Aliter est intelligendum de secunda epatis digestione. Uirtus enim sanguinis generatiua si sit debilis mutare in sanguinem chimos illos non poterit qui a cibo ad epar ueniunt et si quantitas chimorum sicut quod oportet fuerit. Aliam non mutari in melius etiam si chimi duplicentur uel triplicentur. Ita dico si uirtus est fortis et cibus quod qualitate conuenientibus. Tertia quam interius proueniunt digestione que certum uocant nutrimentum per quod membra corporis recipiunt augmentum est equale aut parum siue plus ad comparationem autem uirtutis in dictum est hoc autem uincatur ab ea aut non uincit corrumpetur et egritudinem generabit. Hunc autem modum intendit plenum secundum tenorem uirtutis humana corpus regentis. Aliter autem et ab aliis possibile est intelligi. Preter enim naturam ypocras cibum dicit esse excedentem naturam qualitatis sue. Et intelligere possumus ut est. Si enim membra singula ad nutriendum expectant conuenientia et competentes illos cibos naturales dicemus unde conuenientius nutriuntur. Si autem cuique membro conuenientibus aliquis incongruus cibum uenit per absolutionem preter naturam contrarius ei erit cui conueniunt. Licet tamen non necesse esse in morbum generari qui in quantitate prius digeritur quod inde morbus generatur. Quare et necesse membra corrumpentes proprius sicut mandragora. Euforbio et similibus quibus morbus non exigunt si non quantitas eorum augmentaretur. Et idem et de chimis intelligitur qui etiam si sit debilis et paruus non morbi erit generatiuus sed potius quod membrum cui competit inde nutrietur. Non ei ita fieret si aliquis eum cibum uocaret sic ei si uentus flatus ad stomachum tractus ui sua dat prius [illegible] ad pulmonis canales a dextris proueniens [illegible] non ei [illegible] nocere uidetur. Similiter prependimus de aliis et corporis nutrientibus. Alii autem aliter hoc intendunt preter naturam enim .y. dixisse arbitrantur [illegible] la naturam excedatur et quod est ut sed si est [illegible] usus ut non dixi. Totaliter talia preter naturam [illegible] enim cibos generatis solent nominari [illegible] frigus plenitudo ciborum corpus corruptio chimorum. Talium generant morbos [illegible] quam tantas intelligere neque nocere est debilitate ponentur non enim est in certum cibum naturam excedentem in quantitate sicut si quis cum librum cibi soleat accipere [illegible] crementum sue nature postea pondus tenuem uidetur supra addidisse de [illegible] et nichil est in hac quantitatis excessione nocuisse cum tamen mortem [illegible] sic multiplicetur et paullatim. Unde eorum intentio uidetur esse superflua et tamen sit uera quod qui intelligunt de semper naturam excedente. Quod autem subdit manifestat uero sanatio melius utique fieret cum [illegible] conuersatione scriptum [illegible] hunc modum manifestat autem et sanatio. Non enim sola sanatio manifestat hoc .i. nutrimentum ubique mittat amplius egrotare si curare sed natura contradicat supra [illegible] ei [illegible]

media

sanatione. In omnibus ergo actibus abeuentu testimonium suscipitur. Quod autem subdidit manifestat uero sanatio benedicit qui non solum cibus preter naturam corporis ingrediens sanatio egritudinem facere manifestat sed qualitas ipsius sanationis. Et similiter sunt de fine omnes futura actio applicatur. Secundum quod per sanationem intelligere subsequentem id est rei nocitiue purgationem. Hec tamen significatum philosophus prosequitur in de libro que de tribus fecit diggerendi uirtutibus quod totum explanatur sum. Ponamus ergo hominem comedisse quod prius comederat ex consuetudine et secundum suam consuetudinem plus uel minus exercitasse post uero corporis grauitatem sustinuisse et cum rubore et uenarum tumore febricitasse. Si ex humorum esse plenitudine non frustra fuit extimare. Sed tamen si purgetur et purgationem profuisse uiderimus tunc hec magis certificatur. Et scire alterum de hac eadem infirmitate purgare audebimus et nos qui expectant expectabimus qui futuram expectamus accessionem multis uicibus accumulatam equaliter certificat econtra contrarium. Secundo nos procul dubio si de plenitudine ciborum aliquem uideremus egrotare et purgatio purgationis profuisse hanc plenitudinem ciborum sic fecisse. Sed cum per minorationem nominat absolutam omnium humorum intelligit equalem esse faciendam. Cum autem mundificationem tamen malorum humorum significat inequalitatem. Sanitas autem in precedenti infirmitate fiat ergo cum minoratione et non mundificatione. Ergo ex hoc confirmat dicere quod ex humorum fit plenitudine. Humorum autem minoratio equaliter sic fieri cum flebotomia propria est et certa magis quam cum re alia. Sed cum scarificatione circa spatulas sic consuetudo non fuit post exercitia balnea fricationes ieiunia et cetera talia que non minuunt sicut superiora per dissolutionem sufficiunt ista. Propter ea autem peteretur periculum non de plenitudine sufficiat. Sed tamen quedam res huic subiungenda est id est humorum plenitudo per uirtutis tenorem id est qualitatis humorum putrefactionem que plenitudo si dum perfecta remanet sed longo tempore in qualitate mutata corrumpi. Ergo cum fiat plenitudo non corruptorum uocatur quo adusque dum perfecte purgantur quod non restat bonum esse intelligimus. Cum enim sanguinem corrumpi contingit idem fit quod in membris solet sed quod est uinum in acetum incipit mutari et in perfectum acetum deuenerit impossibile est amplius in uinum redigi. Quod si parum mutetur et non ad acetum mutetur plerumque ad uinum uetustum reuertitur. Item et in sanguine intelligere ergo quod si uetustus sic corruptus tamen possibile est ut in purum sanguinem reducatur. Si parum superfluitate mutata uena remanens in suam naturam reuertitur. Cum ergo hic contingit multitudinem non corruptionem humorum uocamus. Corruptionem uero cum sanguis ad hoc deuenerit ut non possit digeri et ad suam naturam reuerti.

Eorum qui nutriuntur copiose et uelociter ueloces secessus fiunt.

Quod dicit uelociter nutriuntur. Aut hora qua accipiuntur aut que post paruum subtrahit intellige cum per totum corpus dispergatur. Ergo nam qui huiusmodi uelociter expelle maxime si cibaria acuta fuerint. Que natura maxime mouetur ut citius expellantur. Si autem cibaria fuerint uiscosa, acrescentia erunt tardiora subtilia uelociora. Omnium autem uelociter et subtiliter nutrientium est uinum. Paulatim et tardius caro uaccina et conalle marine. Oua ouium sorbilia duras carnes similia. Durus quoque caseus. Caro salsa et maris in aqua calida cocta. Sed et huius similia in tempus longum post acceptionem nutriunt. Dum esse in tellus. Unde corpus nutritur ex magnitudine et fortitudine pulsus cognoscitur infirmi in digerendo patiuntur debilitatem uehementem motus. Facilius autem probatur in hiis quorum debilis est uirtus per minutionem ieiunium seu laborem. Cum enim cibaria acceperint tardius et post longum tempus exeuntia necesse emittitur. Si autem huius contraria acceperint facilius exeunt. Uinum autem certissimum est contrarium. Sunt autem uina in actione diuersa. Sed et alia uina in huius similia. Sed de uinis prius dicam postea similia dicam. Uinum aquosum minus dat corpori nutrimentum cuius color albus et liquor sicut aqua subtilissimus. Uina grossa et rubea nutribiliora sunt quam aquosa sed tamen minus quam nigra. Uina alba et grossa minus nutriunt quam rubea grossa plus uero quam alba subtilia. Secundum ergo diuersitates uinorum est diuersitas enim eorum exeuntium. Aquosa enim cum urina adcrescendo sunt uelociora. Alia uero urina cum egestionibus egrediuntur. Secundum tempora quoque nutriendi ipsa sunt adcrescendum. Item et aliis uero similibus ptisanam enim acceptam corpus nutrit post tempus non longum non tamen multum dat nutrimentum sed in paruo tempore dat et subito. De frumento autem iustula nutrimenta dat post longum tamen tempus et multum. Eadem et in aliis consideranda preter diuersitates specificas. Similiter et de milio et de fabis intellige leguminibus fructibus similibus consilibus. Carnes uero singule in substantiis et artificiis suis sunt accipiende ut uno et eodem modo cocte assate sint uel elixe. Artificialiter autem sunt purgando quare humectationes sunt nocitiue utpote in carnibus et multis granulis et multis faciendus est leguminibus quare purgationes qualiter fiant. Ut dum in una aqua fuerit cocta mittatur in aliam illa prius expulsa. Si enim ita fieri facile intelligetur earum qualitas que sunt uelocius exeuntia siue citius nutrientia. Tamen corpus nutriendi earumque qualitatum sunt inueniendi. Est et aliud uinum et nutrimentum facilius quorum impedimentum exitus licet sint uelocissima. Si autem intelligere sillibrum de uirtutibus relegeres. In quo diximus stomachus primo tempore cibum unde sibi sibi similem ad nutrimentum. Cum autem nutriantur sufficienter reliqua abiecte emittuntur. Separatur tamen alii per minimo desiderio et per mesaraicas uenam recipit quam stomachus reddere uelit. Si autem non indiguerit stomachus tamen sibi prius mittatur prius tamen digeste eum similia quam alter emittatur. Secundum et totum corpus ad naturam epatis mutatur. Unde cum superiora tempora bis in exinanito corpore plenius efficit dixit prius respicientem. Quidam sophiste putant de formatia hoc dixisse per ipsum et uoluit ad hoc quod dixit in libro de dieta concordare. Cibaria ergo que tarde mutantur et tarde dissoluuntur uelociter mutabilia uelociter dissoluenda sunt quod uerum est et econtrario. Sed exitus uel secessus non huiusmodi concordat. Exiberet enim consuetudinis dicere cum similia in corpore exeuntur uel de uentre uel qualibet parte corporis. Caro autem porcina et similia grossos chimos et uiscosos generantia post longum tempus sunt dissoluentia. Herbe pisces de clara aqua et petrosis locis immo omnia sunt subtiles chimos generantia et ad nutriendum corpus et implendum prioribus uelociora.

Ergo nutrit quidam in uelocitate. Item est alio id est post paucum tempus absque exitu nutriuntur. Sed spiritu naturali examinatur autem hec per in culpate sanos. Secundo uero sic que postquam incipit nutrire in paruo tempore omne quo exeunt nutrimentum dat corpori.

sed tamen instabilia et velociter cito dissoluentia.

Acutorum morborum non omnino certe pronuntiationes sunt neque salutis neque mortis.

Acuti morbi cum velocitate sui finis dicuntur esse magni. Ephimera enim est febris que cito finitur non acutus est morbus uocandus quia acuti morbi duobus modis sunt. vel acuta materia non in uno loco corporis sed in omnibus membris clausa equaliter. vel de acuta que in uno loco tamen agminata sicut est pleuresis et peripleumonia et squinantia. Febres quoque in acuto morbo continue sunt et calidissime. Acuti morbi sine febribus sunt rari sicut apoplexia. Diuturni uero morbi de grossis sunt humoribus et uiscosis atque frigidis non cito digerendis sed in loco uno etiam inuiscatis. Et raro autem sunt diuturni morbi non inferentes passionem alicui membro propter quod gratia melie uel flatus eius sunt habundantium inuenimus. hec enim materie si putride fiant febres generant. in quibus ypocras pronuntiationes testatur esse incertas propter tarditatem motus suarum materierum. In acutis autem morbis non certe sunt autem ypocras has testatur incertas esse quia perfectus medicus in his aliquando errat non tamen semper sed non omnes homines certas dicit esse pronuntiationes ac si dicamus non omnis homo iniustus quidam tamen iusti reperiuntur tamen et iste non omnis homo salutis uel mortis pronuntiationes sunt certe. et in acutis morbis maxime. quod contingit propter uelocitatem motus materie morbi que cum acuta sit et instabilis et de loco ad locum plurimum est mobilis.

Quibuscumque iuuenibus existentibus ventres humidi his senescentibus siccantur. Quibuscumque iuuenibus ventres sicci his senescentibus humectantur.

Hoc non semper contingere sed intelligere actum quod in eis aliquibus in pluribus debemus. testatur enim dicens. Aliquibus humidos ventres humidos melius commutat. Si iuuenes sunt humidi sicco in senectute tamen deterius. siccantur enim vt in pluribus senescentibus. humiditatem siue siccitatem uentris non absolute oportet intelligi sed secundum ordinatam dietam. vt si cuius dieta in iuuentute quod alexandrinus fuit qui in primo plurimos pisces salsos et potros preparantibus. post ea que sicca uel frigida aqua bilentibus in senectute uero diuersa mutata adiuuentes se uerrentibus et pontica uina et alia. Similis in quam non dicendum qualitatem arbitrium propter mutatam esse etatem. Et econtra si in iuuentute stipticis sic lenitibus et nebulis et ponticas. In nis aliquis sic dietauit. In senectute uero ad alteram dietam dietam se uertet non iuste iudicabimus in his secundum illam ypocras. Sed si bene secundum eum iudicaueris in equali dietantibus considerare debemus si digestiones mutentur in quibus per ... propter etatem efficitur. Mutato enim nature digestionis propter etatem est in qua est considerandum qualitatis diuersitas que uentris in humiditatem et siccitatem mutatur. Vnde hoc sit mul-

ti inuestigauerunt medici et ego hic demonstrare proposui. Sed quia si uoluimus huic rei non sufficere uideretur solum unum in fine destinaui non tamen hic recitaturus propter paruitatem operis. volo ergo recordari que in libro de uirtutibus naturalibus et libro de accidenti et morbo dixi. Ventres in quibus humectentur humiditate que aliquando accipit egreditur de cibis uero humectantibus quando aliquando digitur in siccitatem mutantur enim tota cibi humectatio aliquando ad epar egreditur uel quia hoc phisicam naturam sit epar recipiat uel per uelocitatem cibi cum digestione egredientis. Tunc enim cibi modum excessit ex quo totam humiditatem capere non posset superest pars humiditatis digestionis illam liquidam reddens. Si autem cibus uelociter exierit non inducie tante dantur epati ut humiditatem recipere possit. Velocitas cibi egredientis sit uel propter nimiam coleram ad stomachum et intestina a felle missam uel propter defectionem contentiue uirtutis in his locis. et uires expulsiue uirtutis. Cibum plus desiderant recipere ex stomachi. frigiditate uel ex debilitate est epar propter frigiditatem minus trahentis. Contentia stomachi propter humiditatem eius ipsius deficit. Ventres ergo in iuuentute propter frigiditatem stomachi humidi maiorem cibi quantitatem ex desiderio cibi accepturi cum senectute corpus infrigidatur augmentate stomachi frigiditate necesse est ut appetitus minuatur unde quia parum manducant humectationem cibi ut pote pauci paucam habentes excrementitate habebunt digestionem siccam. Sed quia minime humidis humida propter minimam coleram ad intestina descendentem. Cum enim in senectute ueniunt et colera iuuentutis defuit natura sui digestionem exsiccauit humidi uentres in iuuentute per defectionem contentiue non est adueniturum in senectute deuenerit ex natura cum quantitate caloris in iuuentute habitum in senectute non amittunt. Si enim stomachus in iuuentute in frigidatur in senectute frigiditas augmentatur. defectio ergo contentiue remanet qualis fuerit ante. quia omne corpus cum sit frigidum necesse est defectus actiones habere excrementitate. Que si stomachus abundans collegit in senectute uirtus contentiua confortatur. Corpus enim sua non mutat sit siccum cum antea fuerit humidum. Que si humida non esset uirtus contentiua abundans non defecit nec parum calida cum ante fuerit calida. Constat ergo quia in iuuentute uentribus humidi in senectute in contrarium deuenerunt plurimi. In senectute uero humidi qui in iuuentute fuerunt sicci. Siccitas enim uentris uel est paruitate cibi ad operationem uirtutis epatis. Vel ex paruitate colere ad stomachum et intestina uenientis a felle. Deficit uero desiderium eo festinante saturari cum esset appetitus loci et festinatio saturitatis et siccitas et humiditas cibi. Vel propter temperamentum est epatis. Vel propter sui multum caloris. Paruitas quoque colere ad intestina descendentis a felle est

al' humectatorum ipsi

corporum

libros medicinales late de hiis tractantes non legerunt sed tantum ad medicinam solam tendentibus solum hoc posse sufficere videtur.

Potus indigentiam soluit. G. Quando

potum intelligere consueuit uinum. unde et in libro de uictus ratione dixit hec. Si uinus et idem morbus omnibus contingeret hominibus iuuenibus et senibus feminis et maribus potantibus aquam bibentibus etc. hoc liquido monstrauit quod potum uinum esse intendit. Quod famem hec auferre dicat non tamen omnis cibi famis ablationem intellexerit nisi famem naturalem appetitum facientem. Sed eam que cum nimio appetitu canino et incessabili. quem medici appetitum caninum uocant quem solum uinum soluit. Fames enim ex nimio ieiunio fit uel ex nimia maceratione corporis quocumque modo fuit uinum maxime impetit. Si quis enim famelicus huiusmodi uinum accepit cito spasmum et alienationem mentis incidit. Caninum ergo appetitum soluit uinum cum et non comederit multum. Calidum ergo uinum propriam multum calefacit scilicet quod acerbum quod album non est. Oportet ergo dari uinum rubeum uel rufum non acidum. Cibaria autem conuenient in primis pinguia et humectatiua. que si non habeant artificialiter mathematicantur. et post albos liquidos huiusmodi. una superdicti dari. Si uero non fecerit portendit uelocior cessatio sue famis. Hec per intendit et bene quod caninus appetitus ex frigida complexione stomachi esse deprehenditur. uel de acidis humoribus in substantia ipsius se implicantibus. uinum autem cum calida sit utrumque solum uenenum famis. Unde qui bolismum intendisse. ypo. putant multum ab sui intentione deuiant. in primis quod particulariter iste intendit uniuersaliter accepimus. et uero quod bolismus ex sola frigiditate generatur. ex eo quod in principio sui famem faciat sed augmentando deficit.

Ex plenitudine quecumque egritudines fiunt euacuatio sanat.

Et quecumque ab euacuatione plenitudo et aliorum contrarietas.

G. Si morbus aliquis ex plenitudine fuerit plenitudo uero cessauit non est necessarium cum euacuatione morbum sanari. Si autem causa cum plenitudo est euacuanda causa nocendi cessauit habundantia ... diuturnus in morte est ... contrarium suo contrario sit

dium et ne uitalis caloris in febres nimias. Melius ergo uerum dixit esse et quod uiuerit. Sed tamen ego uolo obuiare huiusmodi medicorum nouorum qui super de solis nominibus gloriantur se putantes dicere de rebus quarum nomina sunt. auferre inquiunt causam morbi non est sanatio morbi sed quasi preseruatio curatiue inimitatis. Sed quod est solum in nominibus esse intentionem eorum deque hoc etiam ipsi quod oportet intelligunt. Huius ergo dico si causa morbi auferatur in incorpore quidam inueniatur quod in corpore erat curamentum morbi est. Si autem sit causa morbi generatiua et nichil tamen adhuc fecerit sic plenitudo cause eius ablatio pars erit medicine que uocatur preseruatio curandi morbi. Si uero causa morbi euenire iam incepit curatio eius completa erit in preuidere custodia sanitatis et sanare. unde hoc est. appellatur quoque preseruatio custodiende sanitatis et ablatio cause morbum futurum. Si uero causa illa iam euenit et completa fuerit est necesse solum sanare. unde hoc completa est quod que causa euenire incepit completa est fieri et que facta est curata est. Sicut antiquos inuenimus morsum rabidi canis duobus modis nuncupant. Aliud est dicere sanare rabiositatem rabidi canis. Aliud preuidere custodiam sanitatis ne ueniat rabiositas canis.

i. absolute

Acute egritudines in quatuordecim diebus iudicantur.

terminantur

G. Acute egritudines magne sunt et uelocis sui motus et necesse est ut uelociter perueniat ad statum et maximo motu uera morbi qui motus crisis uocatur. Atque hiis uerbis intendit .y. Alii enim in huius infirmis sanantur subito. Alii subito moriuntur. Alii ad uiam salutis alii ad uiam mutantur mortis. Sed tamen ad contrarium deuenit. Magnus ergo iste naturalis motus est quartanarius sicut idem ypo. in prima epidimiarum. periculum autem inquid est ad salutem aut ad mortem. aut ad melius aut ad peius. Monstrauit quoque esse necesse in acuta egritudine crisim magnitudine et suorum accidentium periculositate aut subito uincitur uirtus et infirmi patiens aut mouetur ad expellendum nociua. Quibus expellentibus si preualuerit sit bona crisis et laudabilis. Si autem uincitur uirtus mala et pessima crisis efficitur. unde crisis in acutis egritudinibus non longiori tempore morabitur. Dies autem in morbis ypocras duas ebdomadas terminauit quas acuta egritudo non excedit. Aliquando tamen crisis ante .xiiii. diem uenit. Multi enim quos cognouimus et uidimus et ypocras in epidimiis de multis prestatur quod crisim habuerint in .xi. .viii. .vii. .v. aliquando quoque ordo ut in .vi. Sed tamen si non eius tempore laudandi sicut in nostra crisicos ostendimus qui ypo. uult intelligere dum in libris se exerceat hic ei propter breuitatem obstantum est. Ego autem in hiis dixi latius et planius. Si autem in hiis crisis non compleatur et in quibusdam partibus moueatur nisi tamen in quibusdam partibus compleatur in quibusdam diebus post has complebitur quas ypo. in prognosticis monstrauit et in sequentibus monstraturus erit. Dicit autem ... crisis que post .xiiii. diem non dum completus est sed pars permanens morbi post modum tamen crisim suam complebit et finem habet. terminum qui non transit scilicet .xl. dies. Morbos ergo quorum crisis .xiiii. die uel ante uentura erit

ypo. acutos absolute noiauit. Morbi uo acuti quorum hec diebus non complet crisis sed permanet aliquod diu postidonibus tis completur seu complebitur non absolute acuti uocantur. Sed quadam quasi diffinitione ab eodem sic appellantur. Quandam inquid morbi acuti quidem qualibet qualitate in qualibet aliam sunt mutati quos etiam noiauit in pronosticis. Quibus inquid cognosci bonitatem flatus magnum esse signum salutis in omnibus acutis morbis qui sunt cum febribus quibus supuenerit crisis .xl. die. In his libros uocauit .y. morbos absolute acutos quorum crisis .xiiii. die pbauit. Non ergo talem intendit sicut quidam arbitrati sunt ut non crisim .xiiii. die diceret sed potius .viii. crisim computantes .xiiii. die numerum. Credo hic sic intelligere ter in morbis non acutis absolute .xl. crises considerabiles. quare unus dicere et uno et eodem ponere hic aliud dixit acute inquies egritudines in .xiiii. diebus iudicantur. In pronosticis uero dixit acute egritudines cum febribus in .xl. diebus iudicantur que utraque cum non possint intellectibus suis tructinare in hanc mirabilem inmo periculosam suspitionem non inquam dispositionem incidere disponere. Sed ipsa ueritas testatur quod absolute acute in .xiiii. diebus iudicantur. Talem enim iudicium morbum acutum motum et uelocem atque ordinatum ab initio habuisse et hec tempus transisse nisi una quasi de .iiii. crisibus supuenerit quas ante iam diximus. Alii autem quidam morbus ab initio prima die debilis est et priuus post uero acutior fieri quarta die incipit et moratur tunc ut in .vii. diebus. Est et alius morbus qui .vi. uel .vii. die fortior fit et acutus cuius terminus uel crisis usque ad uicesimum moratur. Similiter nullus fuit morbus ab initio acutus continui et ordinatus motus cuius terminum .xiiii. finem transgredere. Morbi ergo illi quorum motus inordinati et diuersi sunt a .xiiii. die usque .xl. aliquas subsequentium quod progrediuntur plurima eorum. Morbos autem quorum motus diuersos dico hos esse intendo qui confirmantur aliqua die et augmentantur. postea fine uniti siue in initio debilitantur deinde uero ad idem acumen sibi reuertantur. Si ergo aliquis perspicaciter intendit quantitates morbi absolute acuti nullum inuenit motum acutum uelocem et ordinatum habere et quartumdecimum diem transire.

Septimana quarta manifestat. alterius uero ebdomade octaua est principium. contemplaria uero .xi.a hec est enim quarta secunde ebdomade uero contemplaria. Rursus .xvii.a hec enim quarta a quarta decima. septima uero ab .xi.a

Ubi hic ypocras intendit nuntias dies aliquas sumens crises portendentes quas nuntias nunctiuas uocare consueuerunt sicut in pronosticis ostendit. Quamuis non fecit quartanarium diuidens bifariam unamquamque ebdomadam. Certa inquid nuntiat .vii.us .xi.a ab initio morbi .xiiii. .xi.a est secunde mediatrix est ebdomade et est dies .iiii. Itera ratione eadem .xvii. dies .xx. nuntiare quod dies .xvii. tertiam septimanam septimi permedium diuidit et est media dies .iiii. Sed secundum tertia septimana per se septimane est continuanda secundum ipsam primam ab hac sic separauerit cum alterius ebdomade .viii. principium esse dixit. nec initium tertie ebdomade .xv. die fecit sic fecerunt moderni non enim tertiam ebdomadam in .xxi. finiunt sed .xiiii. faciens initium tertie in .xx. finiunt eas. Et quare fecit in mensura crises monstrauit. secundo ostendi quare duas primas septimanas separauit tertiam uero per se coniunxit. Sufficit ergo nobis ut hic intelligatur quod longo tempore experimentis certificatam remota causa intellectus. Hic autem .y. de multis dicit infirmis in epydimia quibus crisis in hoc modo uenit in primas tres septimanas finiens in .xx.a die. has uero tres septimanas in .xl. hic quoque modo in .xl. et .lxxx. Experimenta quoque testantur hec et nos quod in mensura criticos monstrauimus unum de infirmis proponentes quem ypocras recitauit in epydimia cum crisis in hoc modo uenit. Sed opus nostrum prenditur si quemquam infirmorum hic recitauerimus. Sufficit ergo tamen interponi quod dixit in pronosticis. Crisis in quo in acuta febre in eodem modo saluandis uenit et copiturus quod febris in saluandis sicut crisis signis laudabilia et presta sunt in die fine quarta uel ante ea. Similiter sic mortalis et pessima. hic initium est sic circulationis. scilicet terminus .vii. tertius .xi. quartus .xiiii. quintus .xvii. Sextus .xx. huius circulationis cursus in acute egritudine quartanarius usque ad .xx. prenditur quibus in uerbis innuit quod tertia septimana secunde sit coniungenda et .xvii. .xx. est nuntia.

Estiue quartane ut multum sunt breues. autumpnales uero longe et maxime que ad yemem coniunguntur.

Non solum quartane breues in estate sed etiam omnis morbus. quia hoc tempore facile chimi soluuntur et per totum corpus spargantur et adnichilantur. Et ex uirtus et fortis et chimorum morbos generantium purgantur et morbus cessat et quiescit. Et sic deficit a purgationibus ut uero fit ut morbus nullus in estate prolongetur. Quare ypocras longiores morbos fieri dixit ut per hunc ceteros darer intelligi. Sic uero chimi in estate dissoluantur ad longum uel etiam uirtus cum ut ad naturam iuuet contrario contingit in yeme ut humores congelati quiescant in interioribus corporis et uirtus permaneat fortis ubi morbus sunt tamen chimi ipsius morbi generatiui non minoret nec infirmus moriatur quia uirtus subueniatur.

Ephemera in spasmo melius est fieri quam spasmum in febre.

Insubsequentibus quod spasmus nascitur ex repletione et inanitione dictum est. Si spasmus in sano uenit subito. necesse est illud fieri de repletione. Cum enim febris et uiscosi sunt humores ipsum replebunt quibus spasmus fit. Cumque si febris superuenit plenitudo calefacit et dissoluit chimum qui neruum repleuit et ubi spasmus fit. Si autem febris superuenerit acuta per uirtutem dessicat corpus. corpus quippe desiccatum ...

mus subversivum malum est magnum et periculosum. Quia tunc adsimandus tardantur magnitudine morbi non breviter finientur necesse est mors sequatur virtute dissoluta.

Non secundum rationem alleviatis non oportet credere. neque vereri valde mala que fiunt irrationabiliter. Multa enim talium incerta sunt et non valde permanere neque morari consueverunt.

Omnia de hiis rationabiliter dicenda in libro crisis sunt dicta non ergo hic dicenda nisi inquantum sufficiat explanationi verborum. In magno enim et forti morbo si subita veniat alleviatio purgatione non precunte cum vomitu vel egestione vel sudore vel ex naribus sanguine neque signis apparentibus certioribus non oportet credere vel confidere illi alleviationi. Sed certioribus signis perfectis apparentibus et in firmo malum spiritum habente cum mentis alienatione seu febris duricie sive virtutis defectione non oportet de hiis timere non enim diu permanent et alii cum sint significant laudabilem. Et quales agnoscamus et providentes premittemus in libro criseos monstravimus.

In febricitantibus non omnino in superficie permanere et nichil minuere corpus aut contabescere magis eo quod est secundum rationem malum. Hoc enim longitudinem egritudinis significat. hoc vero imbecillitatem significat.

In hoc loco condicionaliter dixit non fortiter quia si absolute dixisset febricitantibus permanere et nichil corpus minuere falsum esse comprobaretur. possibile est enim febrem venire non fortem et cum eius plenitudine esse. Etiam quoque aeris frigidum fore et non corporis minuere necesse si fiat malum signum est. Si si minuatur plusquam oportet malum est quia febres fortes sive seu debiles defectionem enim significat virtutis. Quod dixit contabescere non est accipiendum sic absolute significat hic illud. Alioquin enim est positum ibi permanere bene et addidit magis eo quod est secundum rationem. Ut taliter intelligatur febricitantibus non fortiter si minuatur corpus aut permaneat plusquam oportet malum est. magis eo quod est secundum rationem utrumque permaneat minus. Si enim plusquam oportet corpus permaneat aut macrescat malum est secundum bonum autem esset si hic unum intelligentiam ostenderet sed dimisit quia hic in libro congaudet brevitati. Nos autem in intentione ypocratis dignum est interpretemur et explanemus. Corporis inquid qualitates corporis considerare an crescant an macrescant secundum quantitatem febrium et longitudinem morbi et etatem quoque tempore et regionem et aeris complexionem sensibilem purgationem et vigilias angustias aliosque motus. Si enim sit febris maior et velocior sit macies velocior atque maior et prelatum morbi magnitudo. Etatem quoque oportet providere

pueri enim et decrepiti magis et velocius macrescunt secundum non tamen eandem de causa pueri enim propter humiditatem et calorem dissolvuntur citius et plus decrepiti propter defectum virtutis. tempora vero anni regio et aer si calida sunt et sicca citius et magis contabescere faciunt corpora frigida et humida claudunt ea et contrahunt dissolvenda. Purgationem sensibilem non est necesse in loco hic tangi cum omni homini sit intelligi facile ut sicut vomitus sudor egestio fluxus sanguinis multa menstrua veniant ut non macrescant plusquam necesse sit. Abstinentia enim cibi facit et tristicia similiter et nimius motus. Sed tamen raro fiunt motus in febricitantibus quia non moventur cum plurimum habent iacere et quiescere. Aliquando tamen in ventre in febres cadit aliquis et cum festinat repatriare ex nimio motu macies eum subsequitur. Alii quoque infirmi alienationem sustinent et multum motum inferunt et multiplicem et loquelam nimiam quorum in paucis diebus necesse est macrescat corpus. Huius ergo omnibus corpus minoratur et contrarius custoditur et superficies permanet eiusdem et nullum horum singulorum significatur defectio virtutis. Sed tamen singulis horum est causa ut moretur virtus. sic enim macrescit corpus ita et virtus minuitur. Corpus sine hiis precedentibus plusquam oporteat minoratum ypocras defectum significare virtutis et hoc est quod ego dixi causam esse de natura decrepitorum maciei. Si autem ypocras intendit de macie corporis plusquam oportuerit sic enim portendit defectionem virtutis. Huic subinferre volo quod dicitur aliud verum in febricitantibus minoratio subsequatur. Corporis est autem subtilitas humorum et rarefactio pororum corporum. que duo si iungantur fiunt velox causa minorationis corporis minorationem que est occulta quam sic amedicis vocant. Sic si contraria id est grossities humorum et constipatio pororum advenerint fient ut corpus eam permaneat superficietenus quod ypocras intelligit cum dixit hoc longitudinem egritudinis significat dimittens oppositum sibi quia hic breviter prenendum erat. febricitantibus non vero fortiter si superficies corporis permaneat vel minuitur plusquam oportet malum est. permanet enim superficies corporis plusquam oporteat constipatio facit pororum et grossities humorum et multitudo eorum unde et morbi significatur longitudo minuitur vero corpus plus quam oporteat aut humorum facit subtilitas aut pororum raritas aut sola virtus defecta.

Inchoantibus morbis si quid videtur movendum move. In statu vero silentium habere melius est.

Quia de eo sic dixit ypocras in subsequentibus ubi tale cum dixit. circa principia et fines omnia in localibus ora. nos autem omnia intelligimus accidentia. cum enim accidentia fuerint non necesse est in statu esse maiorem. in salvandis enim minor est in statu quam in initio fuerit. In statu autem silere et in principio dixit movere cum infirmus debeat sanari morbis enim mortalis non solum non oportet movere in statu sed nec ante statum. nullum enim convenit medicari cuius virtus sit destituta

inde sciendum mortalis. Et omnia futura predicit et sic ab eo fugere. Si autem salubris sit morbus de quo spes salutis habetur et locum est ad fortem medicinam ut dicimus faciamus quod ypocras intendit hic fortis autem medicina est fleubotomia et alia farmacia quorum nullum est in statu facienda cum tunc sit coctio morbi sicut in libro crisis dicitur. In quo tempore plus oportet in morbo digerendo naturam adiuuare quam farmaciam facere ut de materia minus natura ad digerendum alleuiatur et corpus fiat facilius. In statu uero non sic quia plurimum tunc laborat animata uirtus sed tunc respirat ut dicitur.

Circa principium et finem omnia imbecilliora circa status fortiora.

Omnia accidentia circa principium et fines intellexit esse debiliora que sunt hic accessiones uel febrium inpolationes uigilie angustie dolores sitis. Causa omnium accidentium generatarum est .i. morbi necesse est incipiat declinare in statu si sit morbus sanatiuus.

Ex egritudine bene reficienti et nichil addere corpus malum.

Hunc amphorismum necesse est iungi subsequenti et ipse dictus est ex egritudine ubi dicit plerumque omnes male habentes secundum principia quidem bene reficientes. Hic nobis innuit nichil corpus addere exeuntes ex egritudine que est dignior dicta et fine mala autem et huiusmodi malorum habundantia.

Plerumque omnes male se habentes secundum principia bene reficientes et nichil addentes in fine rursus abstinent. Secundum principia uero abstinentes fortiter postea uero bene reficientes melius commutant.

Hoc sic de exeuntibus manifestatur ex egritudine dictum est quod nichil addentes dicit. Consueuerunt autem ypo. et ceteri antiqui per nichil addentes intelligere egritudinem exeuntes. Si igitur exeuntes egritudinem in initiis bene reficiunt et nichil addunt cum ubi hoc contingunt facit ut in fine abstineant. Rursus cum quamuis nichil addit et bene reficit. In principio est malicia totius corporis et fortitudo appetitus qui cum causa diu augmentatur ut inde instrumentis appetitus patiatur quod ypo. intendit cum bene reficientes nichil addentes dicit. Hanc ratio amphorismus dicit sic. Ex egritudine non reficientes farmatia uti necesse est. Abstinentes enim secundum principia fortiter postea uero bene reficientes melius commutant. quia cum abstineret ab initio morbi non fuit impedita ad digerendum causam superfluitatem que fuit abstinentie medicina.

In omni egritudine confortari mente et bene ad oblationes se habere bonum. Contrarium uero malum.

Cum in quibusdam locis ypocras bonum esse siue laudabile dicat non oportet intelligi ut infirmum necesse sit sanari. Cum quamuis malum signum dicat uel illaudabile mori eum non est necesse. Aliud enim malum signum superat bonum et bonum malum esse secundum bonum uel malum in se natura in sanandi in morte dignitate donat. Considerentur igitur omnium uirtutum significationes et ad se inuicem conferantur sic. ypo. in pronosticis. Quod autem hic dicit confortari mente et bene se habere ad oblationes bonum et laudabile signum esse. In omni egritudine acuta eodem modo intellige. Sunt autem quedam signa que non in omni homine bona. Iam in epidimia. Bonitas in quo sit fortis et magnum signum est ad salutem in omnibus acutis egritudinibus. Cum autem confortatio mentis bonum signum est et laudabile sit hic subiungere dispositionem quia mens sana sanitatem cerebri et panniculorum suorum significat. Et siue quoque et dyafragmatis et omnium membrorum neruosorum et maxime cerebro uicinantium. Similiter si infirmus bene se habeat ad oblationem cibum sanitatis stomachi et epatis bonum est signum et etiam ceterorum uiscerum quia cum omnia sint sana salutis spes est bona uel magna.

In morbis minus periclitantur egrotantes quibuscumque propter nature et etatis et habitudinis et hore egritudo in est magna quam quibus non propria sed aliquod horum in est.

Natura multis modis dicitur sed hic oportet eam intelligi calidum quasi ipse in aliis suis libris ponere consueuit. Galienus in libro de humana natura dicit. Sanguineo est per eorum complexio acti diceret. Si morbus est proprius propter complexionem et etatis .i. etatis figure temporis minus molestatur quam si sibi esset oppositus. Quia cum enim morbus calori attinet nature etatis figure temporis calori uicinantibus conuenibile est et etiam contrarius ut in frigido et humido et sicco. et hoc est quod ypo. dicit. Contrarius uero Johannes damascenus affirmat huic amphorismo. In morbis minus etc. dicit enim calidi morbi plus frigidis sunt mortiferi propter ignei motus uelocitatem et hoc est quod ypo. dicit. Cum archigenes qui librum fecit de ebdomadibus contrarius est huic rationi. Oportet est in quo morbo similem morbum facit quasi furere et augmentare contrarium uero morbo eiusdem est cessatio quia omnem morbi curationem contrario suo esse sic sicut ypo. dicit. Intellexit autem omnem acutam febrem in yeme uelocius sanari quam in estate non recordans febres acutas in estate yeme non nisi ex acuta materia esse quam natura temporis uincere non potuit cum fortis esset cui nec natura temporis nec uirtus infirmi posset resistere quantum debilitas infirma est. hec etiam experimentis potest intelligi. Verbi gratia. Si autem duas consideres febres acutas equales in acuitate uel magnitudine alteram in estate alteram uero in yeme yemalem iuuenies periculosiorem. Si autem febris acuta sit et caliditas aeris et aer subito se ad frigiditatem mutauit contrario erit egritudinis si est hoc tempus fiat pars curationis magna quia est temporis nature contrarium sicut illius febris acute. pala[m] laudabile est temporis naturam cum febris incipiat significationis quia materia est pauca. Secundum ueniens in fine bona

[illegible]

est causa uel mutatio frigiditas et aeris & contrarium
cum metu in febris non q. quod dicit hunc amphorismum est contra-
rium sed potius quasi firmamentum. Quare de sen-
ioribus dicit quod branci et corize non curantur sed huic etati.
hi morbi sint congrui non tamen sunt huic amphorismo contra-
rii multis de causis. In primis quia res in natura
non potest esse acuta et periculosa. Secundo quia non dixit abso-
lute cum dixit absolute valde quia uerum non esse. Omnis
morbus nascens ualde senioribus ex defectu uirtutis
est periculosus quod testatur ypocras in particula epidimiarum. Peri-
culosior natura in qua fuit propinqua peritie perituri
sunt mortui. Sed quis hominibus fuit cum eis natura. Dixit
non elementa intendit sed potius formam corporis
que alii solet uocari natura. Si ergo acutis
morbis fuerit in acutis complexionibus minus peri-
culosus est. Et angustia pectoris non solum facile peri-
culis infirmantur sed etiam cum inciderint est de peri-
culosioribus morbis. Multi enim errauerunt in hugonis
obscuritatibus similem morbum dantes nature infir-
mis magis conuenientem qui contrarius est sue com-
plexioni. Sed hii multum auitate et ab ypocrate sicut dixi-
mus errant intentione et ita qui extra naturam sunt dis-
temperantia nimiam significat ueluti si causon
quod incendium interpretatur iuueni contingat
in yeme nimium humores significat excreuisse in cor-
pore et peius est si in inferiori contingat etate
fortis. Sicut ignis est qui ardet in aqua non extinguitur.
Sed si causon in estate iuueni contingat non mi-
nus timendus est quia multus calor facillime quia multus
calor facillime inuenitur sepe iteratur eamque cito
dissoluitur.

In omnibus morbis ea que circa umbilicum sunt et pectinem spissitudinem habent melius est. Enimus non tenue et calefactum malum.

fallat huius ad inferiorem purgationes.

Totum uentrem debilis que sunt extra naturam
dicit esse salubrem. Ypocras ut in pronosticis sub ypo-
condria locus non conuenit esse dolorosos. Sed mo-
les equales et teneros. Cum autem subtiles et
alii grossi. Grossi tamen sunt melius meliores.
tenues et calefacti mali sunt significantes defecti-
onem eorum locorum et cibum in stomacho non bene digestum nec sanguinem
in epate bene creatum propter nuditatem pinguedinis horum
locorum quos oportet esse pingues ut calefiunt. Sed si macri sint
refrigerari necesse est et non bene digeri. Quibus etiam quod in-
feriorem fallacem esse purgationem et bene. Subpecti-
ne enim membra oportet esse fortiora ut purgamentorum sint ad-
iuuamenta sin autem magna facient nocumenta. Sed
querendum est quare quia inferiores dixerit et uomitus
purgationem reticuit cum sit satis periculosus. Vomitus enim
patet omnibus esse periculosus. Inferior autem purgatio de-
cliuior est atque minor et melior. Cum ergo hec sint cauenda et
multo magis altera. Pectinem locum illum esse intelli-
gimus qui inter uirilia siue uuluas et uentrem habet ut uentre
interna diuidatur scilicet sub ypocondria circa umbilicum.

Sana habentes corpora [et pectinem] farmatiis purgati exsoluuntur ce-

lerius malo cibo utentes.

Ex huius uerbi ingenio quod farmatiis sana
corpora non purgantur sed potius consumuntur et
deficiat uirtus et subtilis humiditas minuatur
unde necesse est ut dissoluantur. Malo cibo
uero utentes uelocius in purgationibus exsolui
oportet cum eorum corpora malis humoribus sint plena
occultantibus se inter uacua menbra. Quos cum
farmacia moueat apparere et suam malam actionem
ostendere est necesse. Malo cibo dixit bene duobus mo-
dis intelligas. Aut scilicet cibum exteriorem aut quem
ex acceptis mittit menbris. Nulli enim est dubium mal-
um cibum sanguinem generare malignum.

Sana habentes corpora farmatiis uti difficile.

In antecedenti amphorismo ostendit farmatiis cum exsoluuntur
quid accidat sanis ex-
dixit. Hic autem uniuersaliter
significauit cum uti farmatiis difficile eis esse
dixit. Multi enim uertiginem et tortionis uentris
incurrunt uel tussim per magnam ducticiam uel
angustiam expellendi nociua uim et dissoluuntur.
Quia potio laxatiua cum sibi similia sit tractura
et non inueniens sibi coleram rubeam flegma et coleram nigram
et aquosos humores fuerit se ad sanguinem et car-
nem similem sibi cum magna angustia trahens inde.

Parum deterior cibus et potus delectabilior uero melioribus quidem delectabilibus uero magis appetendus.

Non solum in huius cibis uoluntas con-
sideratur infirmi sed quod certificatur huius adiu-
uari. Omnis enim cibus sapidus quo quis delecta-
tur acceptus auido amplexu retinetur et cum magna
delectatione digeritur plusquam qualis alius. Et
si sit abhominabilis fugit uim uomitus fastidium
in flatus rugitus generatur.

Senes iuuenibus egrotant minus plerumque. Quecumque uero egritudines cronice fiunt multotiens commoriuntur.

Non omnis senex minus egrotat quolibet
iuuene. Non enim omnis malam dietam plus deserit
quam aliquis iuuenis immo et magis egrotat quam iu-
uenes cum corporibus sint defectiores. Quorum uirtus
defecit est in cronicis passionibus commori est causa.
Unde nec morbus uelociter digeritur. Morbi enim
diuturni semper sunt frigidi et ideo sepius senibus
eueniunt quia eorum etatibus magis competunt.

Branci et corize ualde senibus non maturant.

In superiori huius continuatione
uerbis talis est ac si diceretur. Senes minus egro-
tant iuuenibus quecumque uero eis cronice egritudines

fiunt multotiens commoriuntur. unde virginei et contrarie non valde senibus maturantur. hic ergo in feriorum amphorismus superior est confirmativus. Neque enim solum senes huius infirmitatibus sunt commorientes, et aliis sunt incongruentes sicut podagra arthetica frigiditas intestinorum, asmata, tussis, gibbositas anterior seu posterior seu lateralis, et ceteri in morbis invenientibus ad sanandum diuturni quam in maturis in senibus.

Qui exsolvuntur frequenter et fortiter et sine manifesta occasione repente moriuntur.

Non enim omnes qui exsolvuntur subito moriuntur, sed si tria conditionalia frequenter adiunguntur et fortiter et sine manifestis occasionibus. Vidi enim quendam balneo in morientem, inde dissolutum, quia balneum ex sibi vectivus lignis calefactum erat, quod tamen fuit causa repente moriendi, cum causa manifesta fuit. Scio et quendam in balneo dissolutum fuisse magis ieiunum et alterum licet non ieiunum, sed tamen prius acceperat cibum. horum causa vel defectio oris stomachi vel nimius sensus fuit. Si exsolutus sine causa aliqua manifesta, virtus spiritualis est defecta sicut quidam presbiter fuit qui cum dissolveretur tremorem habuit in pectore ... unum et subito periit. Sic et spiritus ... in nimiam defectionem seu dissolutionem propter cardiacam ... hec non est defectio frequens et fortis dissolutio sine causa manifesta significat nimiam et subitam solutionem spirituum in loco primis cordis que postquam ad cor venerit mortem infert. Sunt autem manifeste occasiones ut fluxus ventris, emissio sanguinis, longeque egritudinis debilitatio.

Apoplexiam solvere fortem impossibile est, debilem vero non facile.

G. Ex amphorismo autem superiori posito monstravi quantum hu. co. ni. vicini differunt a colera quam hic nigram dixit et eas unum fieri dixi secundum quod oportuit et quare in initio morbi malum. In fine vero significent non malum. Modo vero in hoc amphorismo aliquam tibi reddere volo causam necessitatis future expositionis. Et dum in quam morbus est in initio nulla quidem facit secundum cursum nature est purgatio sed potius est accidentalis per qualitates extra naturam in morientes. Forsitan enim est tunc cum natura gravatur magis a morbo neque mere adhuc aliquid digerentem ut secundum suum cursum multum operetur. Sed bona est crisis et laudabilis natura est coctiones precedere post dividere deinde expellere. Sicut ypocras in prima epidimiorum particula. Coctio inquid portendit velocitatem crisis et fiduciam sanitatis. Cruditas autem in digestibilis nature est portendit malum exitum futurum sive non crisis seu doloris vel morbi longitudinis vel mortis morbive reversionis. Hyppo. Si autem post coctionem morbi quosdam malos humores expellat intelligimus mundificationem corporis esse vim et collectam. Aut alii humores mali apparentes post signum coctionis significant bonas et laudabiles purgationes. Si vero cum crisis non. Sed vel quilibet mali humores ante coctionem apparuerint pessima signa sunt cum in initio morbi cogitatio apparere non debuit nec possit inveniri.

Quibuscumque in egritudinibus acutis aut multi temporis aut ab vulneribus aut aliter extenuatis fel nigrum aut qualis sanguis niger exierit sequenti die moriuntur.

G. Intendit in hoc amphorismo quod si coleram predictam

vel egestiones quasi sanguinolenta appareant et intestinorum corpora sint multum attenuata necesse est mori in die altera. nam enim deficit iam in huiusmodi non ualens digerere diuidere seu purgare et hos humores malos maxime cum sit necesse ut illi humores preualeant extrinsecus effluant cum natura non sit talis que eis resistere ualeat. Ergo cum ita sit non consequitur sicut in aliis morbis sic et in hoc morari. Monstrauit autem hoc ypocras in amphorismo precedenti intellexit. Niger inquid niger egestiones qui sanguis est. nigrum sanguinem debere in tertio hoc docuit modum discernendi inter egestiones nigras et coleram nigram. Egestio autem nigra sicut sanguis est a sanguine uero discernitur quia hec est coagulata sanguis uero non est coagulatus. Item egestio nigra differt a colera nigra cum egestio sit coagulata colera uero est que nigra est et lucida sicut acetum pungitiuum et terre iniectum bullat. egestio uero nigra nullum horum habet signum.

Dissinteria si a felle nigro incohauerit seu inceperit mortale.

Maxima dissinteria ex eo est rubea cum humorum acumina excoriet intestina nimio suo acumine quibus ingeritur uulnera. Multi tamen hanc euadunt infirmitatem. Sed si sit ex eo nigra impossibile est quod subsequatur sanitas cum hic morbus a uulneroso cancro non differat. Et quod si cancer nascens in exterioribus duret uel tarde sanetur et cum talis sit locus in quo medicina possit supponi quanto minus in intestinis ubi nulla potest medicina apponi uel applicari. Concedamus autem sub quadam ypothesi quia et medicamina possit apponi cum tamen egestio hec loca transeat nulla ibi poterit remanere medicina.

Sanguis sursum quicumque qualiscumque fuerit malum. Deorsum uero si niger exierit bonum.

In alio amphorismo iam ostendit de egestione nigra. hic uero de hac ubi sanguis qualibet exeat siue de ore siue de parte posteriori. Ubi tamen sursum de ore solum et non de naribus oportet intelligi. Ac si dicat. sanguis de ore exiens malum qualiter exeat siue despumosus siue rubeus uel rubicundus uel purpureus niger subtilis aquosus uel spissus. De posteriori lauda bilis si tamen quamuis multus sit quasi furuus non est bonus oportet ergo paulatim egrediatur ut morando in nigredinem transducitur. Si autem sanguis ad aliquod fluat intestinum oportet arbitrentur esse multum quid enim furuus melius est quam multus qui est furuus. Item tollit autem exierit si uis erit. ab inferiori bonum signum esse et hoc tamen non certum sed abusiue ut prependerimus niger exeuntem bonum signum esse certum et laudabile est. de ore exiens illaudabilis est qualiter exierit. Sed hic nobis obici quod superioribus contrarium erit ut egestio nigra sit bona cum autem nigram malam dixit. Secundum dixit nigrum ipsum est quod sanguinem. dixit in receptus erit nigrum sine receptione omnis uenam que nigre dicitur esse curamentum et est uera. frequentes eam etiam optime curant.

si sanguis exeat ab inferioribus. Suspectus uero ad hunc morbum huius sanguis uero non permittit. Sic ypocras intellexit sanguinem sursum exeuntem qualemcumque malum esse. Deorsum uero bonum. sicut per emorroidas bonus est niger si natura illius corporis multam quantitatem inde habuerit quia si non non oportet nam permitti ad hoc assuescit. Cum utrumque molestum sit si plusquam oporteat uel si minus exeat.

Si a dissinteria habito ut intestinorum carnes egerantur mortale.

Dissinteria excoriatis est intestinis que uulnera si adhuc in initio sunt cum egestionibus quasi pinguedo exit. Sed si moretur et non restringitur cum egestionibus quasi pellicule de superficie intestinorum excoriata egrediuntur et quasi cortices pellis exterioris esse uidentur. Item si adhuc plus dissinteria moretur ypostasis intestinorum egreditur quo intempore uulnera hec non in initio uel in augmento dicuntur esse sed potius iam statu uel completa fore. Cum ergo in dissinteria exeant de intestinis tam magne partes que quasi frustra carnis ualeant dicit ypocras. mortale est. uulnera enim in huius locis huius quantitatis impossibile est carnem creare uel ea loca consolidare.

Quibuscumque in febribus sanguinis fluit multitudo undecumque in refectionibus uentres huius humectantur.

Calor naturalis cum ex sanguine fluxu defecerit non sicut prius oportet cibum digerit nec in sanguinem transducit. et cum sit necesse per corpus non diuidi posse nec ipsum inde nutriri. Unde fuit cum humectandi uentres plusquam oportuerit quo ad naturam suam caliditatem redierit.

Quibuscumque fellee egestiones sunt surditate superueniente quiescunt. Et quibuscumque surditas fellibus egestionibus superuenientibus quiescit.

In hoc loco ypocras surditatem illam que stabilis et insolubilis est non intellexit sed potius eam que in febribus uel in morbis aliis superuenit. Cum colera caput ascendit. Colera enim cum tincturam in instrumentis auditus surditatem facit quam cum natura in egestione emittit surditatem illam tollit.

Quibus in febribus sextis existentibus rigores fiunt difficiles.

Rigores in febribus maxime acutis superuenientes crisim illi consequi oportet. Sed si rigores in die cretica fiunt et signa coctionis appariant crisis illa bona erit. Sed si nec in die cre-

tica neque signum coctionis apparuerit in crisis illa bona fuerit nec completa testante ypo. in prima epidimiarum particula. Oportet itaque humores quibus concoctio inuenitur laudabiles sint digesti. nos autem iam hec diximus in superioribus. Signum coctionis fiduciabiliter sanitatem et crisis uelocitatem ostendit. ¶ Item cum non omni die ueniat dicit in pronosticis. sed in amphorismis in prima epidimiarum particula quod decretorios adiuuantes omnia et experimentis quantum oportebat dici certe terminata criticos. ¶ Coctioni uero peruenientia in libro criticos sunt dierum. Item in libro .y. meru criticos monstrauimus dictam esse crisim sexte diei quia ypo. hec tetigit in febribus sextanis si rigores fuerint discreti. ¶ Dicit autem ypo. intendit aut malam crisim aut incurabilem aut suspectam ad infirmitatem reuertendam uiue morbi diuturnitatem que cum .vi. die cum pessimis accidentibus uenit. hec autem omnia que libris prenotatis sunt dicta et experimentis sunt firmata. Hec autem si autem si omnia repetam timeo ne prolongetur opus necessitate expetente cum iam melius ex plenum libris.

Quibuscumque exacerbationes fiunt uel paroxismi. si qua hora febris dimiserit in crastinum eadem hora accipiat difficile.

Si enim morbi initio aliquem febris inuadit hora tertia diei et post cessans aliqua hora diei altera die in primis accipit in eadem hora qua inuadit .i. hora diei tertia et quocumque diei tempore dimiserit eadem tertia die accipit et quarta die ut numquam mutet suum accessum sed ita diuersatur eius accessio morbi ulterius quam prolongatur magis eo cuius incipere diuersatur quod ypo. in his uerbis suis intellexit. ¶ Alii dicunt eum intellexisse quia si febris primi diei hora tertia incepit et duodecima et in crastinum dimisit .xii. accepit et sic ex ordine ut horas precedentis initium sit sequentis diei discreta qua diuersa si nulla ratione nituntur ut firmare possit experimento. ¶ Intendit autem ypo. discreta esse morbis diuturnitas sic dicunt si tempus accessionis equale fuerit, cotidiane seu tertiane siue quartane discretarum febrium et patiens ultimus moriatur homo. Hec autem omnia experimento possunt firmare. Quia si febris accessio instabilis sit non interpolandi tempus nimium custodit. Sed firma et stabilis tempus minus interpolationis non dimittit tunc ergo eius dissolutio dura est instabilis expectatione est facilis. ¶ Si enim febris fuerit firma et unam interpolationem custodierit necessaria est medicina que moueat et spatium etiam temporis. hec ypocras discreptam intendit.

Laboriosis in febribus circa articulos et circa maxillas maxime apostases fiunt.

Sed de labore dicimus quod et cum fit nimius motus et hic labor certus dicitur. Absolutus est autem labor alius qui non ex tumultu et forti motu et hic non dicitur absolutus sed potius districtus .i. labor spontaneus. laborem ex nimio motu nimius calor in concatenatione membrorum fiens. ¶ Neque admirandum si in his locis apostases creari fiunt quia cum concatenationes plurimum oporteat calefiunt necesse est ut collectiones apostematum fiant. labor uero spontaneus humores in concatenationem contrahit. Sicut et in omni modo solet fieri. cum enim ex nimia et liberaliter in spatio concatenationis in humoribus apparato recipiendis. ¶ In quibus morbis apostemata solent fieri. in morbis et ex labore apostases fiunt plurime et maxime in spontaneo labore. Si labor ille ex nimiis sit humoribus. ¶ Hic autem amphorismus sic dicitur in tertia particula. laboriosis quoquo modo et in febribus apostases et in articulos circa maxillas necesse est nascantur. Quorum causa sunt humores illos ad caput mittentes quos deinde illa caro mollis recipit que est circa maxillas. Si autem hi humores in ascellas uel in inguina descendunt mollis illa caro que ibi est eos suscipit. unde apostemata necesse est fieri.

Quibuscumque resurgentibus ex morbis si aliquid doluit ibi apostases fiunt.

Si fatigatio nimium motum huius hec labor sit dolore protestatur sicut autem dixi cum in tenuisse in hoc quod dixit doluit nimium motum oportet intelligi et in dolorem pati. Ergo autem uidi homines a morbis resurgentes in corporibus suis humoribus nondum modificatis qui fuerunt morbi materia. sed adhuc remanente aliqua in eis quantitate cum quando inquam membra fatigarent mouentes ut inde dolerent apostemata ibidem sunt nata quorum causa labor fuit. dolor uero est signum laboris quia ubi nimius motus uirtute deficiente calor augmentatur dolor quia humores ad ea membra descendunt et sic sunt signa apostematum incipientium. calor uero et defectio in motu materiei cum sint collectionis apostematis. hec ergo ypo. intendit de labore morbum faciente. ¶ Potest etiam intelligi hoc quod dicit fatigatum ut ad utrumque uertatur. sed tamen hic sue intentioni melius competit. Cum autem febris ex labore nominauerit debuit ergo ante utique subsequi si aliquid fatigauit membrum. uerba enim prioris amphorismi priorem sensum dant intelligi ubi dixit laboriosis in febribus et cetera. ¶ Hic uero amphorismus quem modo interpretamur laborem illum tamen dat intelligere quem ex egritudine resurgentes patiuntur. uerba uero subsequentis et alii exponendi laborem ante egritudinem pretendunt. Ratio namque pre fuit initium distemperantie et propter humorum conturbatio. uel in qua ante egritudinem dolor precedit futuram egritudinem nominatur. Ille ergo egritudo confirmatur quoniam quia ad proprium locum ibi superflua cuncta feruntur. Pergratur ergo quis locus magis doluit et ibi magis impendatur cura.

Si uero et prius doluerit aliquid ante egritudinem. illic confirmatur egritudo.

Nulla dubitatio esse uidetur si hic amphorismus superioribus iungatur et omnes tres fiant unus amphorismus siue singuli ad inuicem separentur. Demonstrauimus quod tres sunt unus et quasi singuli singulis pertineant sensibus. ¶ Hic tamen rursus aliquid dictum sumus si infirmus in sua

infirmitate laborem sensit in apostemate in articulis et magis in mascilla. Si vero ex egritudine exiens aliquod membrum fatigauerit aut in infirmitate fatigauit in eo dicimus membro apostema debet esse quia humores semper ad membra fatigata currere solent. Hec omnia ypocras innuit esse intelligenda in morbis suspectis ad apostemata facienda non in quibus crisis cum purgationibus venit. Ego autem prius monstraui quomodo utrique morbi sunt intelligendi quod siquis notare velit libro de crisi sibi sit legendum.

Si a febre habito tumore non existente in faucibus suffocatio repente superuenerit mortale.

Quod a febre habito dixit absolute sic potest intelligi acsi dixerit qui habet febrem et non timuerit aut per febrem singulariter positam unam quandam determinate sicut in epidimiorum facere consueuit ubi in multis locis ita dixit. febris cum unxit. sic. cum accepit. vel febricitauit non absolute qualiter posuit sed cum determinatione tamen forte intelligitur. Potest tamen etiam esse ut sine febris fortitudine suffocatione superueniente repente sit mortale. Sed si nimia sit certius signum est quod infirmus non euadat et mors magis sit certa. In tali enim febre sicut monstraui in libro de corruptione spiritus multum aerem trahi est necesse. suffocatur autem plurimum potest trahere subfocationem, ergo mors certa significatur. Minoratur enim hanelitus in aeris attractu propter quasdam stricturas in instrumentis spiritualibus. Mors enim que non uenit ex angustiis instrumentis spiritualibus ex sola ablatione est spiritus non ex suffocationibus. Aufertur autem spiritus aut ex defectione uirtutis pectus mouentis aut ex nimia frigiditate in fortitudine durante. Suffocatio uero ex angustia magis spiritus est sine dubio. Que autem de plenitudine est spacium inter pectus et pulmonem medii. Aut in spatiositate minus pulmonis. Aut ex apostemate in pulmone vel in canalibus suis. Vel in capite canalium qui guttur uocatur. Aliud autem apostema est in spatio quod est circa guttur id est in faucibus oris. Homerus. cibus inquid et potus per fauces transgredivuntur. hic fauces intellexit ubi guttur et meri uersus os iunguntur. Ypocras quoque hunc eundem locum fauces uocauit cum dixit. tumore non existente in faucibus quo in loco innuit quod locus ille possit bene uideri certissime de gutture non tali fit. Sunt ergo dicta ypocras taliter intelligenda a febre habito suffocatione superueniente subito sine tumore in faucibus mortale est. Antiqui apostemata et tumorem dixerunt esse idem. Intelligunt autem omne apostema triplex esse cum dolore quod a modernis flegmon uocatur quo nomine calor significatur et incensio sine dolore. et cum duricie sclirosis appellatur vel sine dolore. et non durum et tumor siue mollicies nuncupatur. Moderni autem omnem antiquitatem postponentes omnem omnem superfluitatem in sensibilibus membris collectam uocant tumores. Si autem uideris fauces non apostematas et subito suffocatio superueniat passio in solo gutture est intelligenda quia suffocatio autem uenit sic dixit. subita. Sed de gutture uenire dixit. Apostema enim in pulmone non suffocat subito. sed ab initio paulatim augmentatur usque ad statum tarde suffocare dicitur. Fecit enim facit et uulnera pulmonis sanies est. Idem quoque fit cum spatium inter pectus et pulmonem. sanie est repletum que sanies ex rupto apostemate est. unde facit duriciem spiritus sed non suffocationem fortem propter foraminis longitudinem et sui corporis subtilitate; non cum impletur apostemate canalis pulmonis. ergo necesse est ex solo gutture suffocationem subitam uenire ubi uie spiritus sunt anguste que lacertis suis cum pelliculis suis ipsis circumdantibus apostemate superueniente opplentur. Hoc autem apostema quidam medici uocant sclynanciam. Alii siniancia. Alii quinanciam alii squinanciam. Sed apostema fit in lacertis post fauces et sic in lacertis a gutture exeuntibus necesse est ut a gutture dolor sit iste. Hec item ypocras confirmat in pronosticis. Sed fauces inquid dolentes et non tumentes cum angustia et molestia cito suffocant et occidunt. Sed tamen inde amplio non nominat dolor. arbitratus est enim sine suo dicere nos posse intelligere. Aut intellexit esse posse hanc suffocationem sine dolore uenire. Quod uerum esse posse enim est si nimia humiditas flatica ad pelliculas interiores gutturis ueniat et apostema sine dolore faciat et ut lacertorum gutturis aperientium motum auferat unde uie stricte suffocationem cogimur facere. Potest fieri uero sic cum inducatur in lacertis interioribus gutturis et ita incordentur nimiis extensionibus ut uie istius stringantur. Ego autem monstraui in libro de uoce que lex sit ubi lacerti et quomodo claudant et oppilant uiam hanc in corde.

Si a febre habito collum conuertatur ut uix deglutire possit tumore non existente mortale.

Cum tumorem nominaret hic ypocras non dixit loca in quibus non appareat sic superius dicens in faucibus fecerat. dico ergo uel in faucibus eum intellexisse uel nusquam in toto collo apparere neque intrinsecus uel extrinsecus possit uideri. Quod cum infirmus transglutire ualeat necesse est mortale sit. · fiat in Vel de apostemate in lacertis meri uel in suis substantia. Sed enim loca multa nobilia membra sunt adunata. trachea. pellicule. spondiles neruorum ligamenta. Cum ergo apostema neruos et ligamenta membrorum ipsorum attrahat necesse est spondiles incuruentur intus aut in partem unam. Si enim nerui extenduntur et ligamenta de parte altera tunc mouentur spondiles in partem eandem sed de ambabus partibus mouebuntur intus. Quod melius explicatur cum librum ypocras de dislocatione membrorum explanabo in quo dixit torturam spondilium ex motu suo interiorum ex apostematibus et augere suis. Item in eodem. Gibbus retro inquid extensionibus est spondilium interioribus. In sua particula epidimiorum. hanc speciem nominauit squinantie. passio inquid squinantie fit ex spondilibus colli interius se mouentibus inde et locus concauus apparet exterius qui dolet si tangatur. Quorum uerbis in hoc amphorismo omnem torturam debet intelligi dicens si collum conuertatur etc. Sed cum uerba omnem conuersionem spondilium que extra natura sunt significantia. Huic autem torture dolorem in cordam addidit si retineat hic ex collum necesse uideretur dolere ex calido apostemate. Sed forsan ne intendat torturam ex nimia siccitate [illegible] la tamen mortale dixit. tortura enim ei de apostemate [illegible] necesse est mortale esse sicut illa que est de suffocatione quia molestie in suffocatione et in non transglutire [illegible]

eque. nisi cum fortis tortura et non terminatur ex siccitate sua nimia maxime cum febrium fortiter uelme. de hoc dixit. a febre labo[ra]nti nimia siccitas superueniens huic membro ex febribus est que in hac passione signum et cum siti mortis. Signum quod in tortura esse ex siccitate. cum quod mortificat sicut et cetere cause.

Febricitanti si sudores si ceperint boni sunt terciani. quintani. septeni. et noueni. et .xi. et .xiiii. et .xvii. et uigesimi. et uigesimi primi. et uigesimi quarti. et uigesimi septimi. et .xxx. et .xxxiiii. et .xxxvii. et quadragesimi. Hii enim sudores iudicant egritudines. qui uero non ita fiunt dolores significant et longitudinem egritudinis et conuersionem.

Non solum sudores sed etiam multe egestiones et urinarum quantitates. apostemata post auriculas et inarticulis laudabilia fiunt si in diebus creticis apparuerint et si ita dixisset sufficeret. Secundum intendit hec omnia singula crisim ostendere nisi solummodo sudores et dies creticos usque .xl. inuenire. Morbi enim [illegible] terminos transeuntes non crisim cum sudoribus euntes faciunt neque cum egestionibus sed potius cum dissolutionibus paulatim exeuntibus uel cum apostematibus. Experimenta autem testantur quod non omnis dierum numerus creticis diebus est annumerandus sibi attribuendus immo manifestum est de eis quidem nullam esse differentiam in diebus quantum ad crisim. et bonum esset debilibus hominibus si acquiesceret experimentis quia inuestigauerunt eius spatiorum temporis sicut nos fecimus in tractatu criseos ubi ostendimus in omnibus precedentibus ... quicquid pertinet predicis de hiis rebus et [illegible] pericula earum eius. Multe autem sunt diuersitates horum dierum in multis libris cum quis inuenire eos si quis uoluerit. Sed ego secundum ypocratem numeraui sicut sepe inuenitur in epidimia et in pronosticis et in hoc libro quem nunc cum coadunaueris in libro criseos et imitem eos posui. In hoc libro incipit ypocras. a tertio quod iterat quartum in breuibus morbis post subinfert quintum. quod cum crisis non peruenit in quarto necesse est ut appareat in quinto. Ego autem quintum postposui tertio quod ita in omnibus libris inuenio nec in aliquibus libris quartum inueni. Scio tamen quod quartus est inter creticos dies licet ypocras hic pretermisit. Vel forsan qui primus hunc librum scripsit quartum reticuit hac de causa tamen scire quod omnis morbus pacatus cuius crisis sudore portenditur in tertio uel quinto uel plus in quarto est futurus. in quarto enim est rarus quod post nimiam inuestigationem inueni. Est autem secunda causa huius licet ypocras quartum pretermisisse in primo die interpolationis pacati morbi quod exacerbationes et consistentie grauiores debent esse. alio uero in tertio. In tertio enim sine dubio iste morbus est pacatior. Secundum quorum morborum interpolationes in imparibus diebus fuit crisis meliorem facit siue ueloxiorem. in paribus tardiorem. unde si interpolationes morbi in primo impari fortiores sint et morbum constat prolongitudinis mutabitur interpolationum magnitudo in imparem numerum. Hec ego inueni de quarto. Infine huius amphorismi quidam .xxxi. quidam .xxxiiii. ascripserunt ego autem utrumque creticum credo. et .xxxiiii. est certior. .xl. hic pretermisit quod inter creticorum dierum in diuturnis morbis esse ostendit quod per sudorem non iudicatur. Quem enim creticum inuenimus precedentem .xl. qui tamen cum sudore ueniat raro autem sicut .xxxi. .xxxiiii. et .xxxvii.

Frigidi sudores cum acuta febre quidem facti mortem significant. Cum molliori uero longitudinem egritudinis.

Quod hic dixit certum esse constat experimentis. Oportet autem causam inuestigare. Equum enim impossibile esse ut hac calidissimam febrem habente etiam in sudore frigescere. Sed est intelligendum causam calorem febris esse unum frigus sudori emersit. Quasi esset naturalis sudorem calefaceret. Sed cum sudor per cutem exeat quod possibile est ut sit frigida post et sudor esse frigidus intus calescentibus. Nos autem alibi inuenimus [illegible] acutas non esse nisi ex quorumdam humorum putredine in [illegible] clam humores alii in toto corpore putrescunt. Aliquando in quolibet suo uase. Sed tamen utrumque conueniant ut et putredo fit in uasis et calor naturalis membra substantia regens uel iam extinctus sit uel uicinus extinctioni. necesse est ut quod purgans inde egreditur frigidum [illegible] neque contrarium est ut calor febris in suo acumine permaneat et sudor frigescat. unde et mortem significat. Alia materia oportet esse frigida et nimiam corporis dominatam quam neque calor febris neque calor naturalis calefacere potuit. In febre uero molliori possibile est infirmum sanari. Cum et materiam illam frigidam et humidam longo tempore digessit. Febris ergo acuta et signum mortis est et causa. quod corpus dissoluit signum quod humiditatem dominantem frigidissimam ostendit seu portendit quam neque calor naturalis neque accidentalis calefacere potuit. Febris uero non acuta sed potius mitis et quieta dat nature spatia quibus materiam illam digerat neque corpus dissoluit sicut cum acuta non ergo mortem designat.

Et ubi in corpore sudor ibi egritudinem narrat. Hic porro innuit ut si totum corpus morbo aspergatur necesse sit et totum sudore purgetur. sudor enim nichil aliud est quam purgatio nature exterminis superfluitatibus. bona crisis esse comprobatur. Aut cum humiditas morbo cogente a corpore dissoluitur. Ex quo cumque fiat ex solis illis locis est ubi regnat morbus.

Et ubi in corpore calidum aut frigidum illic egritudo. Id est in quo cumque membro calor corporis uel frigus fuerit necesse est ut morbus ibi sit. Significat enim ipsum membrum exisse temperamentum. ubi est morbidum.

Et ubi in toto corpore mutationes fiunt. et si corpus

infrigidatur aut statim calescit a[t] alter ex altero fit significat longitudinem egritudinis.

G Morbus habens diuersam et multã materiã longior est habente unã et quãuis multã. naturã enim in paruo tempore non pot multã et diuersã digerere materiã: multi namque humores diuersam pati equalr talia solent facere signa. fla[uma] quidem et colera nigra infrigidant. Sanguis uero et colera rubea calefaciunt. Deniq; cũ unusquisq; humor per se calorem facit. longa igitur est egritudo qm alter alteri succedit.

Sudor multus ex sopno sine aliq̃ cã manifesta factus sig[nificat] qm plimo cibo utit[ur]. Si uero cibũ nõ accipienti hoc fiat sig[nificat] qm indiget euacuatione. G Quidam medicorum rasẽ[runt] hunc amphorismum. Sudor multus in sopno sine cã manifesta fc̃us. Alii sine aliqua causa. Et etiam si non scribatur tamen intellr. Sudor namq; multus in sopnis aliquando ciborum aliquando uero humorum importunitate fit. Inquirendũ ẽ ergo ab eo cui accidit qualiter et quanta dieta sua sit. Si enim ex cibis fuit facile solui. Si uero ex humoribus euacuẽ. Mõt[us] namq; labor multaq; fatigatio sudorẽ facit. Ergo qm in humoribus uel cibis digerendis laborat natura fit sudor ratio. Inuenimus enim ypo. in multis libris suis huic tenorẽ pretermisisse. arbitrantẽ nos posse intelligere. Jn enim capitulis accidentia que apparent non esse extrinseca sed potius intrinseca. Multus enim sudor dixit quia si multus fit ex defectiõe ẽ uirtutis uel ex raritate corporis. Est enim duobus modis aut enim ex cibo multo ante morbũ assũpto qui cũ ẽ hui[us] materie aut ex cibis in morbo ipso assũptis multitudine q̃ si fuit cum purgatione abstinentia corrigitur.

Sudor multus frigidus uel calidus semper fluens. frigidus maiorẽ. calidus uero minorem egritudinẽ significat.

G Sudor dici creticẽ debũs est am. sed si sudor ẽ in toto tẽpore morbi apparens modo hic dixit. Sudor inquid frigidus maiorẽ egritudinem. calidus uero minorem significat. Cum ambo multos humores significent sit frigidus calidus calidus uerum q[uia] hic minorẽ designat morbũ frigidus uero maiorem. Ma[teria] multa materia et cũ paruo calore ostendit. Ecce uero calidus sudor calorẽ multũ cum pauca materia et ideo minorẽ ostendit infirmitatem.

Febres quecũq; non deficiẽtes tertia die fortiores sũt et periculo se. Quecũq; uero sic defecerit sig[nificat] qm non periclose.

G Febris enim nõ deficiens in natiam quiescere nullum nec egrum cibum sumere permittit. preterea et cum deuenerit in certis diebus in quibus minui deberet fiat fortior et crescit. et eius dubitat periculũ fieri. Que nõ crescunt sed in contrariis sciz si paulatim minuũtur periculose non fiunt. Ypocras hic intendit febres nõ deficientes quarum immundificatione corp[us] nõ sunt interpolationes quo dicũ si quis inuestiget sic se hunc inueniret. febres enim deficientes hĩt interpolationes ut quotquot sunt interpolate et nõ sunt moleste. Nulla febre nõ molestatur nisi illa que corpus mũdificat et si interpolatio sua sit secura & longa & si breuius sit interpolatio sua sic ĩ tertiana est uidelicet ut accessiõ minor .xii. horarum nõ solũ nõ est molesta sed et cito cessat. Si aũt tpra accessionis sue maiora .xii. horis sit satis salubris est et nõ molesta. Secundũ longiora quod inuenit tertiana. Unde dixit. febres mundificantes corpus in accessione sua nõ sunt moleste. Non enim fiunt ex apostematibus in uisceribus nec ex humorum putredibus febres autẽ hui[us] nõ mundificant corpus de se.

Quibuscũq; febres longe hiis pustule aut dolores in articulis fiũt.

G Hoc nõ semper contingit. Causa uero hanc est quia diuturnitate morborum aut ex multitudine materie generantis febrẽ fiunt aut ex grossitudine siue frigiditate sua unde tamẽ fit apostematũ et horum humorum in articulis descendentium et ex hiis dolores fiũt.

Quibuscũq; ex febribus resurgẽtibus aut pustule aut dolores in articulis fiunt. hii amplioribus cibis utũtur. G Hic loquitur de surgentibus ex egritudinibus qui cibũ acceperunt plusquam oporteat. necesse est ut nascantur morbi ex nimia plenitudine sua maxime cum uirtus eorum sit defecta.

Si rigor inciderit febre non deficiente. iam debili existente mortale. G Non dixit inciderint ac si iam ante fuerint. Inciderit enim .q. semel uenerit ut significaret. Si autem dixerit inciderint rigores multotiens euenisse significaretur. Si si semel euenit nõ ẽ cum signũ mortis siue bone crisis quia hec passio fit ex defectiõe uirtutis. Rigor enim in debilibus fuus et intus et extra calorem et uirtutẽ defecisse significat. Et aliud est signũ mortis et aliud sequitur crisis. que et si molesta sit bonũ futurum ostendit. Si autem rigores multos euenerint et febris non deficiat licet uirtus fortis sit non tamẽ laudabile ẽ. Si debilis mortale. Si enim rigor purgatio sequatur et febris non dissoluatur necesse est corpus dissolui duabus ex causis ex defectu uirtutis commotiones rigoris nõ patiente et eius molestationẽ aut ex purgatione uirtutis defectionẽ augmentante. Si rigor sine purgatione fuit nec hec laudabile erit duabus de causis.

hec enim accidens est cum defectio uirtutis uel sig. e. uide deficientis quia rigore consueuit purgo sequi uomitus uel sudoris que cum non sit debilitate uirtutis denuntiat

Excreationes si in febribus non deficientibus liuide uel sanguinee et fetide et fellee omnes male. Egeste uero bene bone. et secundum secessum et secundum urinas. Si uero non aliquid utilium egrediatur per hec loca et hoc malum.

G Secundum quod amplius dicit esse ita debet abreuiasse. Omnes purgationes que ex mala materia sunt et bene purgantes sunt laudabiles. Secundo ypo. intendit taliter. monstrantur enim tria genera purgationis. unum ex ore cum excreatione. Alterum est cum egestione. Tercium cum urina. postquam inuestigauit species purgationis cum excreatione dicens. liuide. sanguinee. fetide et collice. que omnia sunt screationi accidentia. Si enim malam materiam purgant malas qualitates fuisse demonstrant in purgato corpore. Tamen alia purgatio illa est sicut purgatio erugis in putrefacto apostemate que mundum iuuat morbum ultimum cuius cum exiuit. Alia erit purgatio illa sicut sanies rupti apostematis quam sequitur mundificatio laudabilis membri. Signa uero boni esse quod egreditur monstrantia sunt materie maturitatis et corporis accelerantia et subsequens infirmi leuitas. et morbi natura. tempus. quamquam etas et regiones. et infirmi natura. Finis uero huius amphorismi in libro inuenitur duobus modis. Unus taliter sicut hic scriptus est. Si uero non aliquid utilium egrediatur per locos hos malum. Alius liber continet non. Si uero aliquid utilium egrediatur per locos hos malum. melior littera est p.

In non deficientibus febribus si qua que exterius sunt fuerint que uero intus ardeant et sitim habent mortale.

G Oportet inuestigari si hec accidentia possunt esse in febribus non deficientibus. ego enim hec accidentia non uidi nisi esse cognoui nisi in febribus pacientis et estimauis si periculose et pessime sunt sicut in febribus liparius. in aliis enim neque in acutis febribus salubribus neque in ectaniis que caliores sunt aliis. Quod uero uiuit cum dicit non deficientibus nullam differentiam inter has et lipparias esse intellexit. sicut est dicitur. in spondilibus. non solum in spondilibus dicitur. si in spondilibus totis monstrat se intendisse nusquam spondiles nisi in dorso ita et hic si interiora ardeant mortale. in quibusdam febribus tamen. s. non deficientibus. Talium accidentium apostema est cathoclisim de quo dicit flonum. uel erisipilarum que sit cum sanguis trahendi ad membrum uel apostema sit. unde et interdum interiora et cutis frigescunt exteriora sicut ut in initio rigoris in febribus.

In non deficientibus uero febribus si labium aut oculus aut supercilium distorqueatur aut nasus. aut non uideat aut non audiat iam debili existente corpore quodcumque horum fiat prope mors est. G Tortura fit in membris cum extenduntur lacerti uincti ipsi uertentes se ad radices sue originis. Spasmi uero et tethanum patiuntur nerui aut ex causa calida apostematis. aut ex nimie siccitudine siue siccitate que si neruis eueniunt molesta sunt maxime in non deficiente febre et in firmo debilitate. quodcumque enim horum duorum apparent mortis uicinitatem ostendunt maxime si non uideat neque audiat uirtus enim sensualis est defecta.

Ubi in febre non deficiente dispnia superuenerit et desipientia mortale.

G Alia hec accidentia utraque de una sunt causa. 1. cerebri passione unum fit. qualiter sepe in pronosticis dicitur magnus et rarus. Alia autem dispnia est ex passione in quibusdam instrumentis spiritualibus habita quia cum apostema in interiori collateri sit pelliculis uel in pulmone sicut cetere passiones pectoris et pulmonis mutantur sepe. que omnia molesta sunt et periculosa maxime cum febre acuta que cum huius morbis sepe contingit. Quod autem dixit in fe. non deficiente sicut supra assimilatur recte sane. ypo.

In febribus apostema non solutum ad primas crises longitudinem egritudinis significat

G Que in hoc amphorismo dicitur palam esse uidetur in necesse fuit ut diceretur. Sine dubio enim uerum est ut si apostema in prima crisi non deficiat morbi longitudinem portendit. Prima enim crisis notat uidentium future crisis longiorem morbum designat quia nimium morbi materiam significat. Que pre multitudine et ante terminum prorumpit.

Quibuscumque in febribus aut in aliis egritudinibus uoluntarie lacrimantur nichil inconueniens. Quibusque uero non sine uoluntate inconueniens.

G In pronosticis dictum est quod lacrime de oculo fluentes non sunt laudabile signum cum in qua oculi nichil patiuntur neque obtalmiam neque palpebrarum asperitatem et similia. Lacrimarum enim fluxus sine oculis patientibus in exuoluntate in firmi defectum significant contentiue uirtutis. Non autem quod in fi. huius amphorismi prior compositione dixit bene dixit. error enim fuit in primis his scribentis non ypocratis

Quibus in dentibus in febribus limositates fiunt fortiores et diuturniores fiunt febres. G limositatis causa est ui

minus calor quo humiditas flatica desiccatur.

Quibuscumque tusses sicce et modice provocate et in febribus urentibus valde sitientes non sunt. G. Sicce tusses intelliguntur quibus nichil screatur que autem fiunt ex mala complexione in sicci spiritu dominante. at ex guttis asperitate vel ex subtili et parva humiditate. Et quecumque horum fuerit necesse est pulmonis canales humectari. Si autem ex asperitate sola fit oportet ut ex motu tussis pulmo sibi humiditatem attrahat ex vicinis locis unde non valde sitiunt.

In bubonibus omnes febres male exceptis effimeris. G. Omnes febres unius diei ab ypocrate vocantur effimera. que autem veniunt ex apostematibus que in assellis fiunt vel inguinibus aliisque corporis carnibus mollioribus quorum causa est manifesta et cum appareant apostemata non est febris illa nisi propter aliqua viscerum apostemata.

In febricitantibus sudor superveniens non deficiente febre malum. prolongatur enim morbus et humorem plurimum significat. G. Si autem hec amphorismus superiori continuaret ubi sudor multus calidus dicitur et frigidus melius esset. Monstravit tamen hic unum malum fieri. non enim satis est quod morbus non deficiat. sed etiam longitudinem suam minatur cum longitudinis materiam nimiam. secundo monstravit quem cum sit nimia necesse est tempus prolongare. Quod hic cum confirmat.

Spasmo aut tetano habito febris superveniens solvit egritudinem. G. Tetanus est species spasmi in quo tamen quod membrum sit spasmatum non apparet nisi quando ante et retro equaliter extenditur. Unde et propter hoc tetanus extensio dicitur. Spasmus quoque triplex est generaliter. ante. vel retro. vel tetanus .i. utrumque. Causa spasmi sicut dicit ypocras aut plenitudo est nervosi membri aut inanitio sui. Qui spasmus cum acutam febrem sequente exinanitione efficitur. si antecedat necesse est ex plenitudine fiat. Et hunc spasmo si febris supervenerit dissolvitur humiditas calefacta humiditate sua ad quem curandum tale medici intendunt. Qualiscumque sit post febres spasmus mortalis est et pessimus. qui ante non similiter.

A causon habito rigore superveniente solutio. G. Ubi de rigore disputatur in eodem libro dicitur quod rigor autem fit de humoribus colericis velociter se moventibus in membris sensibilibus. Qui qui patiuntur necesse est ut sudore superveniente vel colerico vomitu solvantur quia humores colerici qui materia sunt acute febris exeuntes mundificant corpus. Unde et febris solvitur. Item ypocras cum acute febris venitu est desiccatio in estate que tunc humores sibi trahunt ex colerico genere.

Terciana iudicatur in .vii. periodis longissima. G. Nulla inter causon et tercianam differentia est quantum ad materiam unde generatur. ambe enim nascuntur ex co[lera]. Si tamen causon est cum ipsa co[lera] ... dicitur et augmentatur bulliens intra venas cum sanguine est mixta. Terciana vero cum movetur per corpus. Vera est terciana est cum non per corpus. Vera enim terciana est que suam naturam fuat in qua pura colera ... intemperie ... estivo. regione. et etate in firmis. omne sunt calidis et siccis. Terciana huius necesse est cum rigore interpolari. et cum sudore colerico sive colerico egestione suam accessionem finiri. sive et cum omnibus huius. Quios cum sit exacerbatio sua multo minor est quam totum et interpolatio de duobus diebus et duabus completur noctibus. Vera terciana non plusquam .xii. horis exacerbatur. Unde huius terciana longior in .vii. periodis sit. Quartana enim continua in una die facit tamen interpolata in uno periodo. Unde et iudicatur secundum periodos .vii. ypocras. Hic idem in pronosticis intendit cum quartanam febrem nominat dicens. Iudicium quartane est secundum hanc considerationem. Nos autem precedentes quartane sive terciane crises per periodos iudicamus eas non per dies. Septem autem periodi terciane veniunt in die ab initio .xiii. ubi autem fiunt .vii. .xiiii. expectatur. Quia autem febris acuta die terminatur .xiiii. parva vero .vii. periodis. veniores enim terciane in .vii. periodis terminantur. et sicut possibile est. parvitas. v. vel. iiii. seu. iii. die finiri. Sic et tercianas in eodem numero interpolationis. in vera et .vii. periodos expectat. Ypocras huius terciane autem appellat veram autem absolute terciana sic dicitur. Consuevit et ypocras et omnes antiqui febrem huius huius duobus modis appellare.

Quibuscumque in febribus aures surdescunt sanguis ex naribus fluens aut venter turbatus solvit egritudinem. G. In amphorismo autem ... dixit surditatem ... temptatem esse cum humores collecti ... capud ascendunt qui dissolvuntur cum ventre solvitur ... amphorismo eandem nominavit ... supra ... Sanguis enim ex naribus solvit surditatem in febribus si non in sicci ... patitur. sed ... cessent ... cum purgentur humores generantes ipsam.

Que iudicantur in paribus diebus. discreta et amica conversionis. G. Hunc amphorismum ypocras fuisse ego non possum credere. est enim sicut cum in pronosticis et in isti eodem libro dies creticos per quaternarium munivit et in epydimia multos infirmos quibus crisis in .xiiii. venit. sed solum in .xiiii. sed et in .xx. et xl.

atque .xxx. fiet .xiiii. solet esse crisis et in .xxiiii. et post crisis .iiii. eius ergo hic dicit si imparibus diebus dimissa melius esset si in mediis diebus febris non dimissa scripsit hec sicut in quibusdam libris est inventum.

Quibuscumque in febribus cotidie rigores fiunt cotidie febres soluuntur.

G Rigores fiunt cum colera movetur et per totum corpus effluens in unaquaque interpolatione purgatur unde necesse est ut febres solvantur. hoc ypocras intendit. Ergo si tertiane et quartane sint solute secundum suam interpolationis potius solent reverti in interpolationibus aliis. Si autem febres solvantur quedam tamen qualitates male remanent intra corpus que fuerint causa reversionis ipsius.

Si yctericia supervenerit ante septimum diem malum.

G Yctericia est cum totum corpus perfunditur et maxime in crisim. Alia est accidentalis propter passionem epatis quod triplex patitur ut yctericia generetur. Aut enim durum apostema sustinet aut constipationem. Durum apostema non venit subito cum sit malum diuturnum et longis diebus creatur unde calidum et constipatio potest esse ut veniat subito yctericia autem ante .vii. dies de hiis duobus est quia cum totum non potest fluere per totum corpus se diffundere sed ante .vii. diem. Quod autem dicit ypocras yctericiam ante .vii. malum esse verum est nam et post .vii. veniens bonum esse verum est sed non certum. hoc tamen ypocras dicit in amphorismo subsequenti quia potest esse ut durum apostema vel constipatio post .vii. veniant et per totum corpus secundum crisim non effunditur. Invenitur autem in aliis libris illius esse finis huius amphorismi sic. nisi cum devenerit nimia humiditas exierit quod quandoque advenerit. Dicitur per corpus exierit cum humiditate illa et morbum illum solverit intellexerit. y.

Quibuscumque in febribus .vii. aut .ix. aut .xi. aut .xiiii. die yctericia supervenerit bonum nisi dextrum ypocondrium durum fiat.

G Hic amphorismus superior est iunctus ut si dicat yctericia ante .vii. dies sine dubio malum est. si autem in .vii. sit post bonum nisi dextrum ypocondrium durum fiat. unde epar intelligere pati quod superius dixi. Cum enim sanguis in epate non potest mundificari nisi fel totam amaritudinem sibi contrahat et colere per ipsius eventum traxerit per vias que inter fel et venas sunt epatis constipatione intervenient illis viis ex apostemate sive quibuslibet aliis causis necesse est sanguinem non mundificatum per totum corpus diffundi et yctericiam inde fieri.

In febribus circa ventrem calumnia forte et cordis morsus malum.

G Cum corde audiamus os stomachi intelligimus antiqui enim inter convenientiam plurimum ut dolorem huius loca appellent dolorem cordis. Morsum autem cordis et dolorem unum esse intellexit secundum eos. Galienus dicit cum intellexisse morsum cordis ebullitionem motus cordis qui interpretari sic dicitur. ebullitio motus cordis est motus spiritus qui quasi ventigatio quedam esse videtur. Calumnia vero forte invenitur id est inflatio et cum tumore infra tunicam superiorem ventris. unde hunc fervorem patientes morsum in ore stomachi pati necesse est et cordis morsum hoc esse intelligunt. hec ergo accidentia raro sunt mala. Si autem ex verbis ypocratis morsum cordis spirituum et velocem motum eius intelligere velit et maxime vecticationem hec accidentia sunt mala et in illa infirmitate sunt pessima. quia vite fundamentum igneo calore est calefactum.

In febribus et sompnis timores aut spasmi malum.

G In alio precedenti amphorismo .y. monstravit sompnum nocentem infirmis mortale et ut hoc bene firmaretur ubi inquid desipientiam sompnus sedat bonum. Verbis ex verbis ostendit sompnum malum esse quo desipientia non sedatur sed potius augmentatur et etiam ab eodem efficitur. In hoc autem amphorismo monstravit nocivum cum sompni et timores et spasmum. Spasmi autem loco in aliis libris dolorem invenimus. Multotiens etiam videtur in morbis mortalibus in sompnis timores dolores et spasmi fieri. quia tunc subsequuntur cum mali humores qui materia sunt morbi in sompno caput ascendunt. tunc enim naturam magis movent inter quamquam extrinsecus sic qui post cibum illico dormiunt gravitatem in capite patiuntur. similiter quia sompnum corporibus humore plenis defluunt gravari et patitur eorum cerebrum. Si enim humores illi sint melancolici assunt timores in aliis spasmi fiunt. quia sompnus causa est horum per affluentiam humorum in viscera et cetera membra interiora. Secundum tamen idem sompnus magnus dat iuvamentum in digerendis humoribus unde dormientes post saturitatem non multum patiuntur quidam. si aliis hiis non solum in cerebro humores adunantur secundum ore stomachi cum sunt magis ascendunt sed tamen hii sunt digesti sompnus bonus erit si indigesti malus.

In febribus offensiones spiritus malum spasmum enim significat.

G Oportet enim aerem intelligi hic per spiritum qui est hanelitus sicut in prognosticis continetur. si aer qui est hanelitus maximus sit extrinsecus id est si ad eum offenderit ut mutetur spasmus significatur. Hoc enim non contingit nisi cum lacerti et nervi moventes pectus in eo spasmum. Et si augmentetur et in aliis membris multiplicetur in spasmum incidit infirmus. Motus autem hanelitus est duobus modis. unus in attractu aeris et movetur interius. Alius in emittendo aerem qui movetur exterius. Aer autem aliquando offenditur cum hanelitus trahatur et hoc est quod dicit .y. tractus hanelitus aliquando multiplicatur ut post priorem tractum aer subsequenter illico videatur sine quibuslibet remissionibus. Aliquando in emittendo offenditur sicut idem testatur. Aliquando aer inquid interius offenditur cum exterius egreditur in quibus ambobus unus solus cursus hanelitus ab eodem minuitur. Similiter vero omnis hanelitus offendi sit in quo aer interius sive exterius sive interius

Anni ... si ... xl ... annos non saluantur.

siue inuenerisque offenderit malum est. hic ypocras intendit.

In febribus acutis spasmi et circa uiscera dolores fortes malum.

Fortes namque dolores ex spasmo fiunt. Si ergo spasmus fiat in acutis febribus aut febres desiccasse aut nimium humores exuberasse significat.

Quibus urine grosse globose pauce non sine febribus multitudo ueniens ex his tenuis iuuat. maxime uero talia ueniunt quibus ex principio aut celeriter ypostases fiunt.

Urina est colamentum sanguinis ex epate ueniens ad uesicam. Grosse autem et globose urine ex pingui et glutinosa materia fiunt. unde et pauce sunt quia ex propria densitate prohibentur. Cum autem si multe et tenues fiant iuuat quia materie subtiliatam significat cum iam non sit exeundi impedimentum. maxime uero hec illis eueniunt quibus urine aut statim a principio aut non multum post principium habent ypostasim. grauis enim est materia. Cum urinam grossam dicit non sufficit ypocras sed globosam adiunxit in quo ostendere nobis intendit aut quantitatem sue grossitudinis aut diuersitatem cum frusta in ea appareant diuersa. id est carabice id est globose et confuse. In quibusdam libris loco globose humorosam inueni et in aliis tumosam est inuenire in libris dionisii. Sed ubi cum grossitie suam diuersitatem intenderit nouum quoddam significauerit. Si autem quantitatem grossitiei non magis quam aliam monstrauerit quod ypocras non se intendisse monstrat. nisi tamen paucam urinam et grossam sic postea in subsequentibus cum multitudo ueniens ex his tenuis dixit. Et si urinam paucam et grossam diceret non minus significaret. Multis enim hec urina sine febribus uenit cum non humorum habundantia per renes expulsis. Aliis etenim hec urina est cum febribus. Neque quisquam arbitrari potest quod mutatio huius urine in febribus ad contrarium sit laudabilis. mutatio enim urinarum in febribus plurimum de tenuitate in spissitudinem fit cum morbus accedit ad declinationem. Adiungit ergo ypocras hec indicauit nisi ut quod uerum erat nobis ostenderet. Aliis enim in initio morbi siue parum post initium urina pauca et grossa est cum febribus infirmado. quod cum sit non sic alia urina bonum signum erit. Et sic interim urinam a principio morbi ante digestionem humorum et ypostasis appareat non est laudabile sicut et urina grossa parua in quantitate et non enim transire per renes poterat. Et cum mali humores plurimum purgantur si quod remanet digestum necesse est ut urina subtilis egrediatur. Hec autem planius quod ab ypocras dicitur quod tenuem dixit absolute urinam. naturalis non absoluta est tenuis in grossa sed inter utrumque mediocris id est grossior subtili aquosa. subtilior grossa . . . necesse est ut sit multa quia cum plurima confusione prius non potest exire propter opilationes. ... oportuit enim gen-

Quibus urine in febribus conturbate et conuerse uelud subiugalium his capitis dolores aut adsunt aut aderunt.

facie significante mortem ubi dixit aut uete
lenis eius leuitate uehementi. Sermo ei
eius cui leni uentr[e] eius levitate uehe
menti. cois est d olori et fluxui uentris
qui fit a potu medicine solutive. Verum
tamen in hoc smone cum incipit inceptione
sa cu determinatione accidentium pniciosarum addi
dit unicuiq[ue] exceptionem quam oz ut excipiat
inceo ergo ratio illud facit.

Et si palpebre inverse fue
rint aut fusce aut liuide. at
fuerint labia et nasus cum
illa disposone cu quibusdam sign
or[um] illor[um] reliquor[um] tc opoz ut
scias q[uod] infirmus e[st] ppinquus morti.

Simplib[us] quidem scriptoris scdm hoc inueni
in expo[siti]o hui[us] smonis scripta. Inueniuntur
etiam in quibusdam cor[um] loco inversarum spasmate. et illud q[uod] significat si dicitur spasmate
est contractio sicut q[uod] advenit membris
quib[us] accidit frigus. et alij qd aeris significat
mortem membror[um] aut fusque cor[um] albe li
uiditas. Inversatio aut palpebrar[um] significat spasmum aut mollificationem unius
duor[um] lacertor[um] qui cooperiunt oculos. Ambe
iste egritudines inficiunt infirmum qn re
liqua signa egritudinem illam ipsius. Et si
gnificant etiam sup hec .y. in smone suo
cum quibusdam alior[um] signor[um] que dixit q[uod]
non sufficit solu in significationib[us] sine morte.

Oportet ut inveniat me
dicus infirmum iacentem super
unum laterum suor[um] .s. dextrum
aut sinistrum et man[us] et pedes
et ceruice flexibiles parum et
corpus eius totum in sua ppa
tione humidum. qm plures s[an]i
no iacent in sompno n[isi] cu hac
dispone. Et laudabilior quide
decubitus q[uam] sanor[um] decubi
tui est similis magis.

Sermo iste est significatio quam .y.
nuntiavit in smone suo in cui[us] uia sum[us]
signa pniciosa q[uod] e[st] q[uod] tu invenis cu ita
rare signa que apparent in toto corpore
et no incepit in illo inceptione sq. s[ed] con
tinuavit illud cu q[uod] pcessit de smone
sua. q[uod] e[st]. q[uod] cu pcessit et dixit in smone
suo infirmitate significante super mortem q[uo]
oz ut consideres reliquas significationes
in corpore toto et in oculis. Et nominavit post
illud significationes in corpore. una e[st] cum
uestigatione alteri[us]. sermo at eius e[st]
iste. Et opoz ut inveniat medicus
infirmum hora in qua ingreditur super
eum iacentem sup unum duor[um] later[um] eius
no sup dorsum dormiat ipsi[us] sic q[uo]d h[abe]t mag[is]
flexionem n[isi] sit nisi significatio laudabilis
qm significat uehementiam uirtutis re
tinentis corpus figentis ipsum cu lacertis
sic significatio sup debilitatem hui[us] uirtutis
est ut no inveniat medic[us] infirmum ia

cere super unum duorum laterum suorum. Et .y. quidem
invenit in sermone suo ... re conveniens quod est
in eo. s. sermo eius quoniam plures sanorum non iacent in
sompno nisi cum hac dispositione. Et manifestum est
quod oportet ut inveniat medicus infirmum iacentem
secundum hunc modum in hora qua ingreditur
super eum. oportet ergo ut intelligas illud ab eo
quamvis non dixerit illud quod est quando absolvit
sermonem suum et quem dixit. et oportet ut inveniat
infirmum iacentem super unum laterum suorum sed ad-
didit illud rememorationem medici. deinde
dixit post illud. Et erunt eius manus et pedes
et collum dupplicati parum. de consuetudine
namque plurium sanorum est ut iaceant in sompno
cum hac dispositione. Et propter hoc quidem comprehendit
plurimum sermonem suum plures sanorum rerum alia
qua in pronosticatione sit inveniente sua
totum autem sit indigens ut quamvis diminuat
rememorationem eius in aliqua horarum. et est
quod inveniens cum eo est proprium unicuique in
sermonum suorum alio. non ergo oportet ut ponas con-
siderationem tuam totam circa. Et est quia oportet quando
vides infirmum iacentem in sompno sicut de con-
suetudine plurium sanorum est ut laudes decubitum
eius omnino. et quando vides decubitum eius diversum
ab illo non oportet te ut vituperes ipsum quamvis sit
significatio mala immo inquire et considera
aut de consuetudine infirmi si consueverit ut
iaceat in sompno cum illa figura. Nam si fuerit
ita non erit ergo figura vituperabilis. Decubitus
vero suum. corporis eius totius in preparatione hu-
militer per corpus extensum et erectum. Et est
quod manus et pedes oportet ut sint dupplicabiles
parum et totius corporis membra. Et oportet ut sit decu-
bitus secundum hunc modum. s. ut sit figura eius longinqua
ab extremitatibus. figure autem decubituum tamen
sentientes equalitatis sunt in quibus est corpus
tensum multa tensione et ille in quibus
manus et pedes et ossa dorsi cum partes sunt spondilis
colli sunt dupplicata in fine dupplicationis. Et
figure que decubitus transeunt equalitatem
accidunt quod tenduntur non in tensione vehementi
sicut ostendi in libro meo de motibus lacertorum. Media
autem inter has figuras egressas ab equalitate
non extensa penitus et propter hoc nominatur eam .y. huius
quam de aptitudine corporum humanorum non est ut
tendantur.

Iacere autem infirmum super cervicem suam cum tensione manuum suarum et pedum suorum et colli sui est minoris laudis quam illud.

Iste decubitus penitus non laudatur et propter hoc
non oportet ut dicatur quod est minoris laudis. Et
enim omnino laudabile non est non est necesse ut dica-
tur quod est minoris laudis. et .y. quidem significatum
quod iste decubitus non est laudabilis omnino infirmo
consequitur hunc sermonem et est sermo eius. Quod si
ceciderit et descenderit de lecto suo versus pe-
des suos tunc illud est deterius. Et est quod semper
quando inter decubitum quod est decentior significat
quod decubitus qui est cum malus. Et est me-
dius quidem ut quod iste decubitus sit me-
dius inter laudabiles et vituperabiles quoniam unitas
eorum non est magna in significanda sanitate
neque magnificanda morte. Et sicut sunt medie
inter has species decubitus aut declinat ad unam
duarum extremitatum declinatione parva ita ut sit
possibile ei qui loquitur in eis sermone non exqui-
sito ut comparet eas cum duabus extremitatibus
sicut hoc fecit .y. in sermone suo. s. quod iste de-
cubitus est minoris laudis quam decubitus
primus et decubitus qui sequitur eum est dete-
rior eo. Et oportet ut scias illud quod dixit.
Et oportet ut consideres utrum decubitus in-
firmi super dorsum suum currat in consue-
tudine eius. Nam si fuerit res ita et infir-
mus non desperat medicum ingredientem super eum
tunc erit rectum ut estimes quod iste decubitus
sit medius inter laudabilem et vituperabilem. Et
oportebit te ut vides ipsum in speciebus lau-
dabilibus decubitus et si non fuerit de consue-
tudine infirmi decubitus per hanc formam et non
fuerit honorans medicum qui ingreditur
super eum vehementius verecundie ex eo tunc non est
laudabilis significatio. Et plus illo sunt firmius
nam verecundius et ideo oportet ut dicatur ex hoc
decubitu quod est medius inter laudabilem
et vituperabilem universum erit quando declinans
ad duas extremitates praviam in firmis.

Quod si ceciderit et precipitaverit se de lecto suo versus pedes suos tunc valde est deterius.

Sicut decubitus super latus consequitur
aliquam comparationem et iste decubitus super
dorsum sicut iacet ossis et propter illud quando primitus
cadaver super latus suum convertitur
procul dubio aut super faciem aut collum.
Et sunt si figurationis ipsius in qua in qua
tendit ad superiora cadet et descendet ver-
sus pedes. Nam ergo dixit .y. in hac signi-
ficatione quod est mala quia significat
mortem virtutis que tollat corpus.

Quod si inveniantur cum illo eius pedes et sint discooperti et non sint calefacti valde et iactet pedes suos et cervicem suam cum dispositione diversitatis et agitationis tunc illud est malum propterea quia significat angustiam:-

Glo. Quam rectius est id quod declaravit sermonem
sermonem suum in additione sua .s. et non sunt
calefacti valde discoperire pedes suos quam accidit
inter ascensione reliquorum membrorum. cum ergo
non est dispositio huius febris et invenientes infirmum
detegere pedes suos. tunc illud est significatio super
mollificationem ipsius infirmi et quod habet angusti-
am. Et si inveneris eum etiam figurare manus
suas cum fune sua et pedibus suis fere sic
dixit .y. in eis que premissa sunt .s. ut vi-
deas ista membra pre eum dispositione agregati-
onis et diversitatis tunc scias quod id est signum ma-
lum. Causa est. quia significat angustiam sicut dixi-
mus nunc .s. angustia significat quod infirmus
leditur cum omnibus figuris quibus decumbit et per-
mutatur semper de figura ad figuram. Et quando inve-
neris infirmum iacentem sicut dixi et videas eum
semper mutare figuram qua iacet et manus
eius et pedes ipsius iactari cum dispositione diversitatis
et agitationis et situs cervicis eius super
pulvinar inequalem scias quod habet angustiam
aut propter eam quam invenit in ore stomachi aut propter
debilitatem virtutis sue. Postquam cognoveris
in illo et voluntatem infirmi considera ne sit
ex mollibus preparatum qui terrentur ex omni
eo quod accidit eis quamvis sit parva valde.

Et ex significationibus mortis
est ut dormiat infirmus semper
ore ipsius aperto.

Glo. Quando dormit infirmus semper ore suo
aperto et quando non accidit ei ex causa extrinseca ex so-
lutione membri solutive aut de alia causa univer-
sali huius virtus tamen tunc id est ex debilitate virtutis
moventis lacertos qui aperiunt os et claudunt
ipsum sicut dixi in lacertis anime quod movent palpe-
bras. Et certior quidem scripturarum quibus scri-
bitur iste sermo est hec scriptura et sic inveni-
tur scriptum in antiquis scripturis et invenitur
eum in quibusdam scripturis per diversitatem eius
quod scriptum est ipsum sicut id quod invenitur sep-
timum in descriptione dialectice sermonis huius modi.
Et significationibus malignis est ut sit infirmus
ore aperto et dormiat semper. Et iste autem sermo
sunt due significationes quarum una est
apertio oris. altera est assiduitas sompni. Et .y.
quidem iam ostendit in hac significatione secundum
quod est mala quamvis non sit os cum ea apertum
in libro aphorismorum ubi dixit. sompnus et vigilie
quando utraque eorum transit quantitatem equale
tunc id malum est. Et michi quidem est ut sermo con-
tineat propter id quod non voluit narrando ipsum apertum
nisi cum sompno. sicut non est inveniri illud
accidere secundum plurimum nisi apud sompnum. Et si in-
veneris sic infirmum aperire os suum propter
sompnum tunc scias quod id est significatio super
malitiam magnam.

Et ut pedes eius
ipso iacente super cervicem suam
sint duplicati duplicatione
vehementi.

[a]duplicatione] cum scriptum est loco dupp-
licati duplicatione ve-
hementi. separatione sepa-
Si invenitur in quibusdam
ratione vehementi. et iste qui decubitus est
malus quando significat privationem rationis in-
firmi. Causa est. quia non invenis aliquem cuius
consuetudo currat ut iaceat in sompno cum hac
dispositione. Et sicut scripsimus hunc sermonem secundum quod
scripsimus ipsum .s. duplicati duplicatione tunc
illud iterum est decubitus malus quando decubitus
hominis super cervicem suam pedibus eius duplicatis re-
tortis est extraneus quem non invenies fieri
aliquos efficere.

Sompnus autem
infirmi super ventrem suum preter
quod iam currerit consuetudo eius
in sanitate eius ut dormiret
supra ventrem suum tunc illud est
significatio mala quod est quia significat permix-
tionem rationis aut dolorem in par-
tibus ventris.

Glo. Invenimus .y. reme-
morationem fecisse in omnibus
his sermonibus semper cum discretione. cum quia oportet
decernere eos ut distinguantur per id inter illos
quod currit consuetudo infirmi et inter id quod non
currit consuetudo eius. Causa est. quia dormire super
ventrem preter quod currit consuetudo eius cum
significat aut permixtionem rationis sicut decubitus
qui est cum ipsa aut dolorem in partibus ventris. Causa est
quia tu invenies multos qui habent dolorem in ven-
tre suo eligere apud sompnum hanc figuram.

Et saltus infirmi ad sedendum
in hora status egritudinis
sue est malus valde in omnibus
egritudinibus acutis et deter-
ior est si fit in peripleumonicis.

Glo. Qui habet peripleumoniam sentit in pec-
tore suo et in pulmone suo constrictionem
vehementem quando dormit super cervicem suam et
quando sedet est hanelitus eius melior. Causa est.
quia partes pectoris que sunt in anteriori eius
cadunt supra dorsum quando dormit super cer-
vicem suam. Quare accidit inde ut constrin-
gatur pulmo. ergo non ingreditur ad ipsum quan-
titas ex aere qua fiat sufficientia in eventati-
one cordis. Et frequenter quis quoque egritudinibus
assessio infirmi est mala in hora status. Oportet
ergo ut consideres et attendas vehementer .y.
enim non excepit in sermone suo nisi significatio
valde mala. Causa est quia egritudo facit ac-
cidere in hora status proprie quietem et tranquilli-
tatem pre vehementia sui laboris. Et si in

tendit aliquis movere ipsum vult ita et sit super eum pronus. Cum ergo accidit contrarium illius ita ut sedeat infirmus ad sedendum in hora fortitudinis egritudinis sue, tunc scias quod illud est signum super difficultatem hanelitus eius aut super angustiam aut super permutationem virtutis.

Stridor autem dentium in febre cuius non fuerit consuetudo illa a pueritia sua est significatio manie et mortis. Oportet ergo ut annuntians iudices illud quod timetur super infirmum de utrisque rebus simul. Nam si facit illud quod facit unde iam virtus eius permutata, tunc illud significat quod eius pernicies iam appropinquabit.

Stridor dentium accidit quando moventur lacerti qui sunt in temporibus et mandibulis motu spasmi. Et ex hominibus est cui accidit illud propter egritudinem que accidit in istis lacertis tantum aut in principio generationis corporis aut in fine propter aliquam causam [illegible]. Et ex eis est cui accidit illud cum origini nervorum evenit nocumentum ex quo possibile est accidere nervis ita quod ex ea oriuntur spasmi. Et oportet quod scias quod in creatione cuiusque membrorum in unoquoque corporum est quedam proprietas que est ei propria et non aliis. Et iam narravi illud in libris aliquibus sermone amplio de illo. In hoc autem libro sufficit michi ut enumerem idem cum sua summa. Ergo legentes ut fuerint hanc summam omnibus diebus hominis vel memorie commendent, ut non mireris ex hoc si advenerit origini nervorum nocumentum aliquod diversis in corporibus multis ut accidat inde tremor et spasmus in diversis lacertis. Nam sicut videmus compositionem ulterius plurimorum corporum quorundam compositionem bonam et compositionem quorundam malam ab initio generationis eorum ita ut quedam eorum fit erectio difficilis [illegible] et in eis cum variabilitate diversificationis et fortitudinis in reliquis membris. Similiter invenies quorundam hominum pectus propter nocumentum ex qualibet causa. Et quibusdam eorum accidit illud in vola et pedibus et quibusdam in oculo aut in aliquo membrorum reliquorum secundum compositionem cuiusque corporum a principio sue generationis. Non est ergo mirum si sint lacerti moventes oculum debiles in quibusdam corporibus et in quibusdam eorum debiles lacerti moventes mandibulam ita ut accidat [illegible] propter illud ut strideant dentes [illegible] in omnibus horis ex qualibet parva causa que accidit eis, et lacerti eius ut moveant oculos motu frequenti. Et est quod stridor dentium propter naturam est illius cause que accidit in oculo [illegible] quando non est

al' membrorum

possibile huius hic [illegible] ut figurentur ictu oculi si moventur secundum motum tremulosum. Spasmus accidens in lacertis mandibularum in febribus propter nocumentum quod ingreditur super cerebrum est illius cause que accidit in lacertis oculi. Siquidem dixit Ypocras in eis que scripsit [illegible] quod accidit in ea agitatione sui. Quare [illegible] nocumenti accidentis in cerebro propter ingrediendi corporibus ad lacertos oculi et in quibusdam ad lacertos menti et ad lacertos qui sunt in mandibulis. Ratio ergo dicti Ypocratis quod hec accidens significat maniam et mortem, quasi sermo eius mania est equalis sermoni suo si dixerit permutatio rationis vehemens. Significatio autem mortis ei est nocumentum ingrediens super cerebrum. Veritatem ergo de quo quod est sermo eius quod hoc accidens significat maniam. Deinde sermo eius postea quod si fecerit id in re eius iam permutata tunc significat quod eius mors iam appropinquat. Manifestum est ei quod si stridor dentium significat maniam tunc non solum non est impossibile ut quiescat quando accidit maniat, immo oportet ut mania vehementer fiat et fortis. Et hoc est quod michi videtur quod est intentio huius sermonis ut dicat Ypocras quod stridor dentium existens in eo cuius consuetudinis non est a pueritia sua esse est signum manie que accidit in eis que sunt post. Et si inveneris cum infirmo duo accidentia simul scilicet maniam et stridorem dentium tunc scias quod mors iam appropinquat valde. Per sermonem ergo primum suum non voluit nisi quod cum videris infirmum dentes stringere tunc scias quod eius ratio iam sit permutata. Tunc scias scientia absoluta quod illud est significatio mortis et manie. Per sermonem suum secundum voluit hanc intentionem, quia dicit quando videris infirmum permutate rationis dentes stringentem tunc scias quod eius mors appropinquat valde. Et illud quod significabat secundum eius illud signum est valde quod eius mors iam appropinquat. Quando ipse enuntiavit in sermone suo proprio quod significat accessionem mortis et addidit cum illo in sermone suo valde et dixit: id est significatio quod eius mors iam appropinquare volens quod non tardabitur sed festinabit illud valde.

Et quando fuerit in corpore infirmi ulcus aut antecedens egritudinem suam aut eveniens in hora egritudinis, tunc oportet ut consideres ipsum. Quod quando infirmi est conversio ad permutationem, tunc ulcus illud fit ante mortem eius siccum aut cum lividitate aut viriditate.

Siccitas autem ulceris erit propter debilitatem virtutis que nutrit corpus. Color vero eius non est unus in omnibus horis sed diversificatur secundum diversitatem corporum in humoribus quorum

unusquisque utitur meis ex quantitate nocumenti laterentis in unoquoque eorum. Aliquis est qui invenitur qui est humidus est ex genere colere est color citrinus eius et quis vincit color melancolie est color aut lividus aut viridis. Sed sermo eius inter hos colores viridis non est color citrinus quem color qui invenitur ex hoc nomine. Dixi enim in eis quod similiter sit quod color viridis quem intellexit de citrino hic quem de colore fumat et propter id nominant quidam colorem sulphuris colorem citrinum. Et nocumentum acuitatis incorporis qui est magnum facit accidere colorem lividum quem hic color est propinquus colori nigro et quem est parvum facit accidere colorem citrinum aut viridis. Et propter illud scripserunt quidam alii super hunc sermonem scilicet hanc similitudinem sanitatem ulceris illud eius sit ante mortem eius siccitatem cum viriditate. Et scripserunt ipsum quidam alii super hunc modum: ilium ulcus sit album ante mortem eius siccum cum viriditate.

De eo autem motus manuum hoc est quod oportet te scire quia ipsi in febribus acutis et peripleumonia et frenesi et in dolore capitis quando sit motu ipsius facie quasi venatur cum eis aut colligat floccos vel surculos aut evellat cum eis de pannis villos aut auferat cum aliquid de pariete tunc totum illud est malum et mortale.

Galienus. Motus manuum scilicet opinio eorum quod inhis sermonibus dixit accidere accidit ex ymaginatione similis ei qui imaginatur ille in cuius oculis aqua aggreditur. Estimat et sic videt res quas videt in humiditate grandinearum et tunicam corneam que cooperit pupillam sicut sit de foris quam eo fuerit in hora sanitatis sue videt similiter res iacere coram oculis suis. Similiter ergo huic invenimus accidere in egris quos dixit Ypocras in febribus acutis et peripleumonia et in frenesi et in dolore capitis. Quod est quia ipsi estimant se videre res de foris et ipse non nisi intra oculos videri ostenditur quod humor visibile lucidum est sicut humiditati subtili clare sicut albugini ovi qua sit videtur in custodia oculi intrinsecus que accedit in eo parte quod humor visibile penetrat etiam ex pupilla ad aerem exterius cum quo continuatur lumen visibile tamen in hac humiditate et ostendit in sermo meo de visu quod aer lucidus est quo continuat stat in loco instrumenti naturalis cuius virtus est sicut virtutis nervi in corpore et illud est intermediatum. Et ideo libro nono de demonstratione et intermediatum . x . libro nono in fine . x . et platonis et suis locutus est in illo sermone

longius intermediatum . x . libro nono de virtutibus in brevi. Et sic sensus venit quo sentit colorem augeri dignas prius sic meditatione duci inter ea sit ei sensus eius scilicet res visibiles sit mediante aere qui est longitudo illarum et eo longitudo equalis. Aqua ergo que aggregata in oculo stat in hac humiditate effusa intus humiditatem cristallinam inter pupillam et quia dixi quod est sicut albugini ovi. Res autem parvas imaginatur propter eorum quibus accidit sic notum est res similes rebus que accidit ei in qua accidit aggregata aqua. Evenit etiam est id in hac humiditate. Verbi gratia calculus in quo currit humor visibilis humidum crosse virtutis que prohibet ipsum penetrare exterius est in quo imaginatur exterius similiter illis humiditatis stantis in facie humoris visibilis. Fortasse enim est quod videt oculo sicut capillo aut fili aut sicut vili vestimentorum. Et fortasse estimat homo quod volat coram oculis sicut sicut cornicem aut muscas parvas. Et fortasse est quod videt sicut lentem aut granum milii nigri. Similiter etiam accidit huic in febribus acutis et peripleumonia quando elevantur ad capud vapores ex humoribus que sunt in corpore et veniunt humiditati clare que est in pupilla. Verbi gratia quod infirmus ymaginatur res quas predixi. In dolore vero capitis vehementi et frenesi cum capud est plenum humoribus qui procedunt ad illam humiditatem accidit ei eventus horum accidentium quorum precessit rememoratio. Et si non derivaverint ex his media ea quod diximus in humoribus frenesim scilicet collectionem festucarum et evulsionem villorum nisi ex hac causa. Verbi gratia quia multi eorum quibus accidit hec ymaginatio nam invenit eam nobis in hora eventus eventus eius et in fine ipsius. Etiam accidit eventus aliud dico. Et est quod ex hominibus est in quo ipsius id permiscet ex illis rebus quas ymaginantur et est eius virtus qua ipse experitur res sana et ex eis est cum natura est fortis et virtuti eius qua experitur res nocivas accidit nocumentum quod invenimus eum tremorem propter illud ad resistendum infirmitati acute et. Et quia illorum intellexit illud quod accidit ei. Et nos quidem fecimus stare illa super ymaginatione que precesserat eum. Ad hoc ut moveret manus suas sic dixit . v. Et dixit quod estimabat quod supplex eius essent festuce et quod volantes coram oculis eius grana milii parvorum et quod ipse conabatur venari ea quare incubat manus suas ut caperet eas. Res vero quas estimat esse in pannis et in pariete conabatur evellere. Et illec cio ergo sunt egritudines in quibus accidunt ipsi accidentia egritudinis male quam in febre acuta et peripleumonia et dolore capitis non veniunt ista accidentia nisi propter magnitudinem earum. In frenesi vero propter nobilitatem membri quod est ac adest nocumentum ex infirmitate. Et est quod frenesis est periculosa in omni genere suo. In febri autem putridis et peripleumonia et dolore capitis non est nisi propter magnitudines earum.

Spiritus autem qui est frequens significat dolorem aut inflamationem

in locis que sunt super diafragma et quando est magnus. tenuis et inter spatium longum significat permixtionem rationis. Et quod egreditur ex naribus et ore frigidus est perniciosus valde.

Iam exposuimus sermonem ex quo completur tractatus secundi libri in materia anhelitus. et nunc ego sum narrans in hac hora physici eius quod dixit illic. Dico ergo quod .y. intellexit per sermonem suum in hoc loco super anhelitum. dixit ergo quod anhelitus frequens forte significat dolorem et forte significat inflationem in membris que sunt in pectore et sunt cor pulmo quorum locus est super dyafragma. Et ego declaravi iam omnino quod anhelitus in hora doloris est parvus frequens sed apud inflammationem est magnus et frequens. Anhelitus autem ambulans tenuis est ille qui fit inter spatium longum et si fuerit magnus significat permixtionem rationis et si fuerit parvus significat extinctionem caliditatis innate. Verum significavit .y. hanc tamen in sermone suo. scilicet et quod egreditur ex naribus et ore existens frigidus est perniciosus valde. Et ego iam ostendi in tractatu secundo libri mei de materia anhelitus quod .y. non dixit in libro pronosticationis nisi has species tantum ex speciebus materie anhelitus quia eius sermo non est nisi in egritudinibus acutis. In libro autem suo qui nominatur epidimie dixit species alias ex speciebus materie anhelitus que sunt preter has species.

De esse autem anhelitus bonitatis oportet te scire quod ei virtus est magna in significationibus sanitatis in omnibus acutis egritudinibus que sunt cum febre in quibus venerit crisis in quadraginta diebus.

Nominavit .y. anhelitum naturalem bonitatem anhelitus et significavit illud quod in pectore et in corde et pulmone et dyafragmate non est causa dolorosa et membrorum etiam que continentur vel continuantur cum illis membris quoniam in eis est apostema calidum aut res dolorosa dolet apud motum eorum in anhelitu sine illis membris et sunt stomacus et splen et epar. Cum ergo non est in aliquo istorum membrorum egritudo nec causa talis super fluxus ita ut estimetur infirmus quod corpus eius deficiat vel cooperit ipsum. similiter etiam ita ut non remaneat caliditas innata quin extinguatur et nota manifestiores species in egritudinibus acutis quando eger sanabitur ex egritudine sua quando timor non accidit vel cadit in egritudinibus acutis nisi aut propter magnitudinem febris aut propter apostema quod appellatur nomine ipsilatep. Et est quod in egritudinibus cronicis et si non accidat aliquid horum accidentium. verumtamen cautela et timor cadit in eis quando non fit securitas super virtutem infirmi quin timeatur et cadat propter longitudinem spatii propter illud dimisit .y. rememorare eas in hoc libro sed posuit iudicium suum in eo in egritudinibus acutis tamen. Et quia genera egritudinum acutarum sunt duo quorum unum est egritudinum que dicuntur acute sermone absoluto. et secundum genus egritudinum que dicuntur tropice significavit .y. in sermone suo egritudines acutas que sunt cum febre et in quibus venit crisis in .xl. diebus. ut duo genera sint. Declaravit ergo in sermone suo cum febre differentiam inter istas egritudines et spasmum et scotomiam et colicam passionem et reliquas egritudines acutas cum quibus non est febris. Et in sermone suo et venit crisis in .xl. diebus declaravit quod oportet ut intromittantur cum egritudinibus que dicuntur acute sermone absoluto egritudines que dicuntur tropice. Et eventus quidem harum egritudinum est quando infirmatur homo in principio egritudinis sue egritudine acuta deinde advenit ei crisis in die .xiiij. aut ante ipsum et non solvitur per eam egritudo eius solutione completa quare remanent reliquie earum que extenduntur usque ad dies .xl. Et est quod adventus crisium que non fit cum complemento suo non est in his egritudinibus tantum sed accidit etiam in multis egritudinibus cronicis et proprie in marescide splenis et febre quartana et aggregationibus saniei in pectore et pulmone. Veruntamen .y. dimisit memoriam dictarum harum egritudinum in sermone suo isto. Et est quod dixit quod bonitas anhelitus est significatio laudabilis valde in egritudinibus que dicuntur acute sermone absoluto et cum eis est febris et sunt egritudines que extenduntur usque ad dies .xl. et sunt que nominantur tropice. In reliquis autem egritudinibus acutis cum quibus non est febris ex egritudinibus cronicis non dixit illud. Et collige ex hoc sermone ergo quod sunt genera uniuscuiusque temporis spatii earum tria quorum unum est genus egritudinum acutarum in quibus venit crisis in .xiiij. diebus. Et secundum genus egritudinum que sunt proprie ista scilicet egritudines tropice. Et genus tertium est egritudinum que sunt medie inter has egritudines et inter illas in quibus terminus dierum crisis est in .xl. diebus. Et non dixi sermonem hunc nisi ad confitendum illud quod apparet in curatione egrorum visibiliter. et quod est prius illud est inquirere de eo in medicationibus egrorum scire quod res in eo est sicut narravi. Manifestum autem est quod .y. voluit per sermonem suum quod in egritudinibus acutis venit crisis in .xiiij. diebus numerare dies crisis cum eis non sicut illud quod oportet te scire et intelligere donec .y. Et est quod sermonem

al' magnificetur

al' cronice

suum quod in egritudinibus acutis uenit crisis in .xiiii. diebus non dixit ut emendaret numerum dierum crisis quos est tractatus sermo eius; et uenit crisis in .xl. diebus non significat nisi nu... in ... crisis ... el... uidetur hanc ... in quibus uenit crisis ... ad dies .xl. et .xxiiii. dies. dicit ... quod dies in quibus uenit crisis in istis egritudinibus quas dixit in hoc sermone fuerunt .xl. dies.

De sudore autem qui melior est in egritudinibus acutis est qui fit in aliquo dierum crisis. et euadit per ipsum ille a febre euasione integra. laudatur et quando currit quando est in corpore toto et fit infirmus per ipsum ad suam egritudinem tolerandam facilior. Qui autem sudor ex hiis que diximus facit non fit iuuamentum per ipsum. Deterior autem est sudor qui est frigidus precipue in capite et ceruice tantum. Iste enim sudor cum est cum febre acuta significat mortem. Cum est cum febre leuiori et longiori uel quietiori indicat longitudinem egritudinis.

Ypocras quidem in sermone suo in meliori sudore qui est narrauit duas ex significationibus eius et dimisit rememorari significationem tertiam quam euentus eius sequitur necessario. et est quod sudor qui fit in aliquo dierum crisis et euadit per ipsum patiens fit euentus procul dubio in toto corpore. in sermone suo in sudore laudabili quod non est in suo bonitatis ... quia accidit in toto corpore et alleuiatur cum infirmitate dimisit rememorari ex diebus crisis quam illo tempore sequitur sudorem necessario laudabilem. Quod est quod sudoris qui fit in toto corpore et alleuiat ex egritudine euentus eius procul dubio fit in aliquo dierum crisis. Et est species alia ex speciebus sudoris et eius materia est prima ... est ille ... dixit. scilicet sudor autem qui non ... facit non confert. significauit ergo per sermonem suum in illo quod sudor qui fit in toto corpore est ille quo infirmus peruenit ad hoc ut facilius toleret egritudinem

suam. Et iste quidem sudor est secundum duos modos. unus est quod aut facit accidere sanitati duo iuuamenta que diximus aut facit accidere unum eorum. et quod ex eis utriusque minoris est malicie est qui facit accidere hec duo iuuamenta. Et hic quidem sudor indicat duas dispositiones quarum prima est que facit accidere iuuamentum primum. et secunda que facit accidere iuuamentum secundum. Et melior quidem eorum ... sudor quo fit infirmus tolerantior egritudinem suam quamuis non fiat in corpore toto. Ille uero qui non facit accidere illud sed addit in prauitate egritudinis est deterior utroque quamuis fiat in corpore toto. Et omnes iste species sudoris sunt calide et ypocras non dixit .y. in aliquo eorum que est calida quoniam de consuetudine eius est ut dimittat dicere res que sciuntur ... et que intelliguntur ex contrariis suis. Et .y. posuit quidem post omnes istas species sudorem frigidum. loquitur ergo hac ratione. Et deterior sudor est qui est frigidus. et dixit uerum de sudore qui fit in capite et ceruice qui est malus. Et est quod iste due species sudoris indicant sincopim. et si sudor est frigidus in capite et ceruice tantum tunc est deterior omnibus speciebus sudoris. Quod est quoniam indicat euentum sincopis sed quando iam uenerit, Et pone discretionem tuam tunc in prauitate febris nam si fuerit acuta et morbi procul dubio accidet ab unaquaque duarum specierum sudoris. scilicet frigidi quamuis sit in toto corpore et illius qui fit in capite et ceruice quamuis sit calidus. Et si febris fuerit tranquilla quieta possibile est in quibusdam hominibus ut possit uirtus digerere humores in longitudine temporis. quoniam non accidit utrumque et timet et cadit ex uehementia febris. in diebus autem crisis non dixit aliquid in sermone suo in speciebus sudoris quas dixit in fine eius quamuis iam dixerit id in principio sermonis sui in nominationibus de inferioribus speciebus sudoris et non facit illud quoniam consuetudo eius est ut narret dies crisis in sermone proprio. Et ipse iam dixit in hoc sermone quam uirtutem eorum est ut uerificet et crisis si est ad salutem et si est ad mortem. Et oportet ut scias quod finem huius sermonis scripsit ... ... secundum hunc modum. Et deterior quidem ex sudore est qui est frigidus et est in capite et ceruice tantum quoniam iste due species ex speciebus sudoris significant aut mortem aut longitudinem egritudinis. Et iam est quod si scriptura quam scripsi ... quam scripsimus in ... que nulla fuit ... in quibus ... est in ... et ... et non est ... expositori nisi ut addat ei quod non inuenitur additum in scriptura prima. scilicet sermo eius quoniam sudor eius qui est frigidus in febre acuta significat mortem. Et quando est cum febre leuiori et quietiori significat longitudinem egritudinis. Et in quibusdam ex scriptoribus scripti sunt ... huius sermonis sermones ... ... et bene fecerunt quod ... sicut ...

inueniuntur

Cuius vero quod est sub ypocondriis melior dispositio est ut sit salvum a dolore, lene et equale a latere dextro et sinistro. Cum vero est inflammatum aut dolorosum aut tensum aut latus eius dextrum diversum a sinistro latere eius, tunc totum illud oportet ut timeatur.

Galenus. Cum vero vult aliquis narrare meliorem dispositionem eius quod est sub ypocondriis brevius et compendiosius dicit. Sed sub ypocondriis melior dispositionum est eius dispositio in qua servatur valde dispositio naturalis. Ypocras autem cum voluit narrare dispositiones particulares que significantur [illegible] et narravit res que non sunt [illegible] in eo et sunt quas nominant novi medici privationem accidentium. Que autem significationes quas dixit post id sunt accepte ex accidentibus contrariis in hoc loco. Sermo eius quod melior dispositio eius quod est sub ypocondriis a dolore et non inveniatur et quod dixit in rebus que non accidunt. Sermo autem eius est lene equale accidit ex rebus que inveniuntur ei. Verum lenitas eius non significatur nisi ex dispositione eius et [illegible]. Sub manu cum premis super ipsum quod est quia id cui accidit contrarium huius dispositionis est illud quod expellit manum que premit super ipsum expulsione vehementi et est durius.

Equalitas autem eius non est in hac qualitate tamen quoniam possibile est ut sit equale totum secundum unum modum. Verumtamen pars eius dolet et pars eius est calida et pars eius non est calida et pars eius est levata et pars eius est depressa. Et propter hoc posuit Ypocras quod cum dispositio est in illo loco est melior dispositionum, similiter eius quod est equale, et dixit si quod est inflammatum aut est dolorosum aut tensum aut est latus eius dextrum diversum a sinistro, tunc omnia illa oportet ut timeantur. Et sermo eius inflammatum valde cadit super totum hunc locum. Et manifestum quoniam hoc nomen significat intentionem et adustionem. Et sermo eius est et dolorosum transit super hunc locum. Et sermo eius vero tensum non intendit nisi ad totum hunc locum. Sermo autem vero suus quoniam fuerit latus eius dextrum a latere sinistro diversum, vult diversum in equalitate sua aut in caliditate aut in frigiditate aut dolore aut quiete eius aut in extenuatione eius et grossitie aut mollificatione aut tensione. Fortasse enim accidit in loco quod est sub ypocondriis [illegible] quod sit in eo apostema [illegible] inflammas [illegible] vehementer que accidit [illegible] que sunt in eo et in panniculo [illegible] tegente costas aut in dyafragmate. Aut propter apostema calidum quod accidit in membris que sunt in hoc loco preter apostema quod nominatur inflammatio et est apostema in quo est dolor.

Quod si fuerit in ipso loco qui est sub ypocondriis pulsatio significat agitationem aut permixtionem rationis.

Galenus. Invenitur in quibusdam libris scriptum loco pulsationis saltus et nos non dubitamus quoniam accidat a vento inflante. Sed in quibusdam scripturis invenitur scriptum pulsatio. Et pulsatio accidit ab apostemate ubi calidis magis que accidit in visceribus. Aut pulsu vene magne extendentis supra dorsum quam sentit infirmus. Sicut dixit Ypocras in libro qui nominatur epydimie quod ille cuius vena est in manu sua [illegible] curvat brachium vel [illegible] pulsat ille est maniacus acute [illegible]. Et [illegible] significatur in hoc loco per sermonem suum pulsat pulsum venarum pulsatilium que est vehemens [illegible] ponatur manus super [illegible]. Et fortasse manifestum [illegible] hoc accidentium accidit [illegible] laudabile quod est quod vena pulsat [illegible] est unum de membris nobilibus et est stomachus, epar et dyafragma. Et quando vidit in loco quod est sub ypocondriis pulsationem aut saltum scias quod unum istorum membrorum est infirmum quoniam diafragma quando accidit in eo apostema magnum facit accidere permixtionem rationis [illegible] non minus dyafragmate quod est [illegible] magnum calidum [illegible] membris que sunt [illegible] accidit [illegible] aliqua egritudinum quarum dixit scilicet timor [illegible] hoc dixit Ypocras illud et bene possibile infirmitatem suam quod hoc accidens significat agitationem et permixtionem rationis [illegible] quoniam sequitur omnis infirmitatem [illegible] eius timor [illegible] medici [illegible] permixtionem rationis propter dyafragma et [illegible] oportet ut magis [illegible] de [illegible] quod est super ventriculum quoniam non oportet ut accidat permixtio rationis aut saltus vel tremor. Et propter id non oportet ut intelligas [illegible] ex sermone illo suo. Et si fuerit in illo eodem loco quod est sub ypocondriis pulsatio [illegible] per sermonem suum in illo eodem loco ut significet pulsationem aut saltum qui fit in membris que sunt post vel retro hunc locum.

Sed oportet ut consideres oculos habentium hanc infirmitatem. Nam si videris oculos moveri motu frequenti

quenta tunc timebis huic eam maniam.

Galienus. Cum perfecit .y. et dixit [illegible] accidentia ex significatione agitationem vel maniam, nominavit in hoc sermone quod dixit maniam autem quod accidit agitatio tamen quod discretio illius est ex motu oculorum. Deinceps [illegible] eorum oportet exquisite perscrutari. Non hic accidentibus tamen sed in accidentibus remanentibus; etiam de quibus etiam estimatur quod sequitur cum permixtione rationis. Et hoc est quia motus oculorum cum est frequens significat hec accidentia scilicet permixtionem rationis. Et non dixit .y. in hoc sermone permixtionem rationis absolute sed dixit quod timebis eam scilicet maniam quoniam voluit ut significet quod hec accidens sequitur quod narravit quod narravit .y. scilicet permixtionem rationis. Et in veritate manifestum est quod motus oculorum cum est frequens verificat opinionem de eventu permixtionis rationis. In sermone meo in his que premissa sunt quoniam lacerti oculorum sunt digniores membrorum que sentiunt egritudinem accidentem in cerebro. Et egritudo accidit in cerebro per communitatem duarum agitationis et oris stomachi. In egritudine accidente eis sicut accidit ei dolor per communitatem [illegible] membrorum ultimum in egritudinibus suis quoniam cerebrum [illegible] membris que [illegible] nervi multi maxime in egritudinibus suis quoniam origo nervorum est ex eo.

Collectio autem accidens in eis que sub ypocondriis que est tumida vel dolorosa deterior est illa que comprehendit illud totum. Et si fuerit in uno latere duorum tunc salubrior erit ea que fuerit in latere sinistro.

Galienus. De consuetudine .y. est ut intelligat per sermonem suum collectionem grossitiem preter naturam. Novi autem medicorum nominant hec nomine speciem unam tamen ex speciebus apostematum et est apostema super quod si manus tua comprehenderit invenies ipsum lene in quo non est dolor. Et est apodeciaon quod appellant novi medici nomine tabion. Et nominavit .y. collectionem duram dolorosam quod est quia ipse nominavit nomine quo nominant novi medicorum apostema inflammatum. Et manifestum est quod hec egritudo quando accidit in ventre si est in latere dextro est eius malitia vehementior propter epar et quando in latere sinistro est eius malitia minor propter splenem. Et est deterior quando comprehendit duo latera simul.

Et ista apostemata significant in principio rei timorem mortis subite.

Galienus. Dixit quod apostemata dura dolorosa que accidunt in eis que sunt sub ypocondriis et sunt illa que novi medici nominant apostemata calida et significant timorem mortis subite. Et quod additur hic sermoni et est cum illo in quibusdam membris interioribus que sunt epar et stomachus et splen et syphac quod est supra ventrem. Propterea non est possibile ut apostema lacerti qui est supra ventrem inferat accidere mortem nisi fuerit apostema magnum aut fuerit virtus infirmi debilis aut erraverit medicus in curatione eius aut erraverit infirmus super se ipsum. Oportet ergo ex illo ut sermo iste sit scriptus preterquam detinetur et discernatur.

Quod si transierit vicesimum diem et febris permanserit et apostema non quieverit convertetur et erit eius ad pus.

Galienus. Si apostema calidum faciens humorem vincat virtutem in quantitate sua aut qualitate aut exstimemus ad quedam membra nobilia procul dubio et sequitur illud morte subita sicut dixit .y. Et si non fuerit hec dispositio eius tunc non caret una duarum rerum aut superet cum natura et resolvat eum aut expirare eum faciat et dispergatur apostema aut non videat ipsum infirmus victorem. Cum ergo ita fuerit ita accidit una duarum rerum aut resolvat et exprimet quod fuerit in eo calidum et subtile et postmodum omnino et induretur quod fuerit grossum. Quare sequitur sedatio caliditatis que est in loco apostematis et quies doloris et remanet ex apostemate lapidosum et non resolvitur neque mutatur. Aut non respirat ex eo sed moratur donec maturetur in aliqua horarum et maturatio eius erit secundum qualitatem eius et cum fuerit non quiescit febris nec consumetur apostema. Et illud etiam erit secundum duos modos aut ut vincat ipsum virtus et resolvat ipsum quare fit sanies aut non possit resolvere ipsum propter debilitatem sed quasi putrescit et corrumpitur sicut accidit in cadaveribus mortuorum. Recte ergo dixit quod si febris remanet et non quiescat apostema convertetur et erit eius ad pus. Et hoc est quia quies apostematis sequitur resolutionem humoris facientis ipsum. Et quies febris sequitur expirationem rei calide subtilis ex eo quod est in apostemate sicut dixi. Et frequenter illud accidere multotiens et est illud quod est in faciente apostema calidum subtile quod resolvitur et quod est grossum indurescit restat et figitur in loco. Scilicet ac propter quam posuit .y. terminum in exitu [illegible] in istis apostematibus diem .xx.m, iam narravi in secundo tractatu libri mei de diebus creticis.

In patientibus hanc dispositionem accidit in principio primo fluxus sanguinis de naribus

et iuuatur propter hoc valde. Set oportet ut queras ab eis an iuuenerit dolorem capitis an scotomiam. Nam sicut eis fluit aliquid ex eis tunc illud erit declinatio.

Rememorationem suam etiam de apostematibus calidis et acutis in mirach uenientibus et in hoc loco non diuidit nec declarauit. Et est quod dixit et accidit ei fluxus sanguinis de naribus et iuuatur propter hoc valde. Et de natura quidem illius est ut accidat proprie quando fiunt in epate uel splene apostemata calida sicut dixit .y. in alio loco. Laudauit enim fluxum sanguinis narium qui fit in latere in quo [illegible] est infirmitas. Et uituperauit illum qui fit secundum contrarium illius sicut si sit splen apostematus et ueniat fluxus sanguinis ex nare dextra. Illud est non est laudabile. Et dixit quod fluxus sanguinis accidit ei periodo post. Intelligit periodum primum que est ex periodis dierum criticis. Et iste quidem sermo inuenitur scriptus in quibusdam descriptoribus de fixate et in quibusdam eam agregatores. Et est quod in quibusdam eam inuenimus in periodo primo. Et in quibusdam in periodis primis. Et si tu intelligis cum secundum septimanam suam poste est ut intelligamus secundum scripturam septenorum quam inuenimus quosdam quibus accidit fluxus sanguinis narium in septimana prima. Et ueritatem melius est ut intelligatur iste sermo secundum hanc scripturam que dicitur periodis quaternorum. Et est quod pluribus hominum infirmorum accidit fluxus sanguinis narium in .vii. diebus primis et quibusdam in die .ix. aut .xi. Et .y. quidem addidit in significationibus que significant declinationem huiusmodi apostematis et est illud cum eo accidit fluxus sanguinis et dolor capitis et scotomia. Et locutus fuit in illo magis complete quam hoc sermone in sequentibus etiam nos dicemus et in fluxu sanguinis sermonem completum quando peruenerimus ad sermonem eius in illo.

Et dignum est ut expectetur fluxus sanguinis ei cuius etas est intra triginta quinque annos.

Significat in hoc sermone .y. terminum qui sumitur ex etatibus qui fuit in pronosticatione de fluxu sanguinis narium. Et est quod conueniens est ut timeatur uel expectetur fluxus sanguinis a minus etas est in .xxxv. annos. Quoniam sanguis in hac etate est multus et uirtus fortis et cum calitate eius est multa.

Sed ex apostematibus quod lene est tamen quo non est dolor et mouetur sub digitis quando premitur desuper crisis erit eius tardior. Veruntamen erit minoris audatie quam illa apostemata prima.

Ista apostemata que nouimus medicorum appellant nomine uel humie antiqui uero multociens nominant ea apostemata lenia tamen et fortasse dimittunt dicere illud quando declaratur ex sermone eorum lene. Et est quod cum apostematibus lenibus non est dolor. Y. autem non fuit contentus in hoc sermone illo sed dixit et quod mouetur sub digitis quando mouentur desuper. Illud est quod isti in sermone suo nisi si noluissent per hunc sermonem ut significaret apostemata que submerguntur quando premitur super ea cum digitis et minuuntur. Illud accidere in omnibus apostematibus que mouentur quando premitur super ea quod illud non accidit nisi quando contingit in cute mollities. Et quando huius apostemata peruenerint ex statu plagam spatium eorum et timor acutus ex eis est minor. Causa uero in longitudine spatii eorum est uehementia frigoris eorum quando maturatio non completur nisi per diuturnitatem. Causa autem in paucitate timoris est quia ex eis quando cum eis non est dolor quando dolores perimunt uirtutem.

Quod si pertransierit .lx. dies et febris remanserit et apostemata non quieuerint significat illud iterum quod in pus transibit. Et apostematibus fit etiam in reliquis partibus uentris cursus est iste cursus.

In precedentibus quidem locutus est in apostematibus calidis et sanies colligitur in eis quando non quiescit febris nec expectat apostemata et resoluitur post .xx. diem. In hoc autem sermone ponit tempus collectionis saniei in apostematibus frigidis post dies .lx. Et iterum inuenimus apostemata quorum dispositio est media inter illa apostemata in quibus terminus aggregationis saniei est .xl. Et ego quidem ultimabo sermonem in eo quod scribam ipsum secundum ordinem in sermone meo in diebus criticis. In hoc autem loco .y. dixit quod nos in apostematibus que que sunt in eis que sunt sub ypocondriis aggregantur sanies quando ex eis prolongatur spatium sed ualentius etiam que fiunt in reliquis partibus uentris. Significat ergo quod id quod est sub ypocondriis apud eum est una ex partibus uentris. Et iste locus nominatur proprie hoc nomine. Et est quod greci nominant eum ypocondrium. Expositio eius quod est subcostis.

Quod autem ex apostematibus fuerit dolorosum durum

significat timorem et mortem subitam. Et quod ex eis fuerit lene dolorosum et movetur sub digitis quando comprimitur ipsum, tunc illud est tardius illo.

G. Non addit nobis in sermone suo super id quod premisit et dixit aliquid nisi sermonem suum in apostematibus duris, cum quibus est dolor, que sunt magna. Et ego quidem iam enarravi in eis que premissa sunt ubi dixi quod apostemata calida que sunt in mirach ventris si non fuerint magna valde non evenit ex eis timor.

Et apostemata que fiunt inveniuntur sunt minoris aggregationis quam apostemata que fiunt in eo quod est sub ypocondriis, et minoris inflammationis ex eis ea que sunt sub umbilico.

G. Aggregatio sanici in apostematibus que accidunt in mirach ventris, scilicet in eo quod est sub ypocondriis, quando non exprimitur apostema, est velocior et plus propter caliditatem istius loci et secundum elongationem apostematum ab hoc loco ad inferiora est diminutio aggregationis sanici ex eis. Et paucitas illius [illegible] quod apostemata que accidunt sub umbilico non transeunt tempus [illegible].

Et non oportet ut timeatur in illo nisi fluxus sanguinis e naribus et proprie ex illis locis que sunt altiora illis.

rumtamen sufficit ut sit in urina in egritudinibus illis nebula pendens. ¶ Et significo per sermonem meum nebulam rem grossam albam que est in urina non in superiori parte vasis neque in infimo eius. Sed in loco qui est inter hec duo aut medium vel aut declivis ad superiora. Et de consuetudine mea est ut nominem ipsam hoc nomine. y. non nominavit ipsam nubem quando est in urina sicut nubes in aere. Quod est quia nubes vel nebula que est in urina est grossior ea sicut nubes que est in aere est grossior aere. Et nubeculam quidem dixi quod ipsa pendet in urina est sicut hec. Et est quod de consuetudine mea nomino nebulam pendentem. ¶ Hoc est quod quod oportet te addiscere in primis et memorie commendare. Inde vero que sunt post oportet ut premittamus etiam in eis que dicit .y. quod est quod urina in qua residet sicut sedimen quod narravimus .y. significat fiduciam et securitatem scilicet quod in infirmitate non est timor. Et quod de aptitudine eius est procul dubio ut solvat solute postquam non recedat a effectu suo etiam solutio eius. Et ad similiter sermonem rationem urina hanc dispositionem in die post et in nocte que est post ipsum non transit egritudo per modum primum aut modis dierum creticis. Et iam ostensum est ostensione bona quod sermo .y. iste non est nisi in febribus quando significationes urine super egritudines que accidit in cerebro et nucha aut in pulmone et pectore. Sed quod cum eis sit febris in fine eius. Ve autem quibus non sit malicia velocis [illegible] in eis sit timor aspectu eorum longum et per signa alia. Causa autem propter quam sit melius est ut sit sedimen residens in urina album iam ostendi in sermone in fine tractatus primi.

Quod si urina trahit ad rubedinem similam et superfluitas in ea residens fuerit cum illo albi coloris lenis, erit egritudo longioris spatii quam prima sed erit salva valde.

¶ Color urine declivis ad rubedinem quando caret aquositate sanguinis cum illa significat multitudinem sanguinis qui non est recte digestus et propter hoc in corpore [illegible] est quamvis iuvatur est ex humoribus. Sic quod in egritudine propter illam causam non est timor. ¶ Et quando urina declivis ad rubedinem est aquosa significat quod indiget digestione et quando digestio indiget spatio temporis donec compleatur. Necesse est ut significet huius urina quod consumptio egritudinis tardatur plusquam egritudinis prime in qua residet in urina sedimen album.

Sed quando superfluitas residens in urina est sicut partes ordei grossis tunc ipsa est mala. Et deterior quam est similis petalis. Et quam est scieculis

P

alba mala est. valde deterior et ea que similis est furfuri.

G. Grossa simulle sunt frusta magna que remanent in simula ordei quando cribratur. Et est illud cum molitio restringit mollam. Cum ergo videris in urina sedimen sicut istius frustris tunc scias quod illud est signum mala. Quod est quia grossitudo in simula est quia terra non molit in moliacione decenti. Illud autem quod videtur in urina non est possibile ut sint partes cibi que penetraverint cum nutrimento ad venas et permanserint dure aut sicce. Verumtamen illud est aut ex adustione sanguinis grossi et eius decoctione aut ex liquefactione carnis liquefactione divisa. Et diversitas liquefactionis eius est quando resolvuntur partes molles humide cuius caliditate ignea et fiunt urine et arefiunt partes dure et exsiccantur sicut quando torrentur super frixorium. Quod est quia primum quod liquefit in febribus est adeps recens novus deinde liquefit post illum qui est durior et antiquior primo. deinde post illum caro recens mollis. deinde post illam caro antiqua dura. deinde post illud membra. et quando liquefiunt membra videntur partes inequales sicut petale. Et propterea secunda est hec urina deterior valde quam urina in qua oritur sicut grossities simule tantum. ¶ Et nos quidem invenimus .iiii. species aliam sedimenis sub tilis sicut spuma in qua non est grossities et albi coloris et causa albedinis est permixtio aeris eius cum tenuitate sua plus quam sit permixtio eius quod est rossum. Eventus autem eius sedimenis est vel fit ex ventositate grossa que procedit ex superfluitatibus humorum quorum digestio non rectificatur permixtione quia difficile sit seperare eam ex eis. Et propter hoc sedimen est dispositio quia de consuetudine .y. est nominare aquositatem. Et eventus illius est quando secundum est tot equalitatem partium. quando est permixtum corpori aliqui parte eius unitur diversitas in substantia sua et suo colore et secundum eius diversitatem partes sunt parve. est deterius eo cuius partes sunt magne. Quod est quia sedimenis diversitas cuius partes sunt magne est significatio eius super virtutem nature per magnitudinem illius substantie composite ex illis partibus et rectificationem digestionis. Cuius autem partes sunt parve significat quod materia vincat naturam et superavit eam et quod pugna inter utramque est equalis quasi hic ergo continuatur oculi sedimini equali. Particulares autem superfluitates que sunt in eo pervenerunt a bonitate materiei recipientis digestionem et malitia eius quia ex ea non est digestum. ¶ Et .y. quidem dixit cum istis tribus speciebus ex speciebus sedimenis speciem aliam quartam similem furfuris. Et hec species est deterior specie tertia. Quod est quia sicut species prima et secunda significat quod caliditas febris est inflammans liquefaciens. Et oportet ut ordinaretur quarta sed tertia.

Nebula autem pendens in urina qui est alba est laudabilis, qui est nigra est illaudabilis.

G. Postquam complevit .y. sermonem suum in speciebus sedimenis residentis in urina redit ad sermonem in nebula pendente in ea. Significat ergo per sermonem pendens. quod videtur per totum cortices pendentes in ea. Et manifestum est quod cum in materia egritudinis vel nigredinis esse ex hiis quando nigredo accidit aut propter frigus vehemens sicut sanguis qui denigratur quando coagulatur et sit pendens. et sicut membra que infrigidantur frigore multo et convertuntur dispositio ad mortem. aut propter superfluitatem caliditatis nam sanguis quando adhuritur denigratur. Et ergo reliqua corpora et eorum etiam qui recedunt tempore longius.

Et dum urina permanet quod urina subtilis sive significat quod egritudo adhuc est indigesta.

G. Color urine naturalis est equalis citrinitatis est. quia eventus eius est aptior quibus unitur postquam eis permisceat de colera quantitas pauca. Cum ergo permixtio colere cum potentia est plus etiam quam oportet. si fuerit qualitas eius fortis invenies colorem igneum colorem urine. Cumque huius urine substantia fuerit tenuis significat quod egritudo si digeritur. Quod est quia oportet sicut diximus ut sit urina naturalis in colore suo temperata in citrinitate et in substantia sua equalis. Item ut non sit subtilis sicut aqua nec grossa sicut urina asini vel bestie. ¶ Et ego quidem iam narravi totum quod necesse fuit narrare de signis urine et speciebus eius in libro meo de crisi. Et propterea oportet eum qui desiderat scientiam pronosticationis urine ut intendat ad intellectum illius ex libro meo de crisi. Quoniam intentio in expositionibus non est nisi explanare quod occultatur ex sermone et expositione ipsius. Discernens autem inter illud quod dicitur per rectitudinem et inter illud quod non est ita et narrare determinationem super utrumque sicut est extra superfluitatem.

Quod sicut in illo spatio est longitudo tunc non fit securitas quod remaneat infirmus usquequo digeratur egritudo.

G. Si moratur urina spatio longo post quod digeratur vel maturatur tunc super infirmitatem est timor nisi virtus egritudini resistens sit fortis. Et manifestum est quod necessarium est tibi in cognitione illius si tu es memor eius quod dictum est in libro amphorismorum. Consideratur ut determinetur virtutis et cognitione spatii super quod est de natura egritudinis morari usquequo recipiat digestionem. Cum ergo scivis illud considerabis an sit possibile egrum morari usque ad horam status sue egritudinis an non.

Et de urinis magis significantibus mortem est que ex eis est aquosa et que est fetida et que est nigra et que est grossa.

Urina aquosa est cuius substantia est tenuis et color eius albus et significat cruditatem humorum in fine ultimo et debilitatem nature sufficientis digestione. Fetidis autem fetidis et rubeis nigriorum locutus sum in eis que premissa sunt. Et iste quatuor res sive sint singulares sive cum aliis significant mortem. Ergo autem de quo inquirere oportet cum urina an significet mortem sola singularis an indigeat in significatione alio ut apponam urina quam narravit. [illegible] Et ego quidem sum narrans quod inveni apud destinationem considerationis mea et perscrutationem meam tantum ut qui legis [illegible] sit tibi ut cognoscas veritatem in eo et eligas meliorem expositionem huius sermonis. Dico ergo quod ego inveni per experimentum quod urina nigra quanto plus est grossior eius malitia est fortior. Urine autem cuius color est naturalis color si est grossa evenerit convertit animam duarum rerum. Quod est quia fortis est natura et apparitionem et fortasse adsanitatem que evenit in primo sicut invenitur in rebus aliis aliis mutis et rebus que [illegible] extra naturam cum mundificatur ex eis corpus. Et manifestum quod ypocras non [illegible] urinam grossam que est grossa [illegible] Quod est [illegible] urina que dicitur quia est grossior [illegible] absoluto non significat perditionem significatione ultima.

Et deterior urina viris et mulieribus est nigra et pueris aquosa.

Urina nigra et aquosa significat perditionem in omnibus etatibus. Verumtamen significatio nigre super illud in etate senum vel senectutum et in fine iuventutis est in primo gradu. Et significatio aquose super illud in etate puerorum est in primo gradu. Quod est quia iam dixi in istis que premissa sunt quod res que sunt in ultimo contrarietatis rebus naturalibus sunt in multis significantes perditionem. Sed etas urine nigre a diversitate naturali in pueris non est sicut etas urine aquose eius. Quod est quia natura pueri est ut mingat urinam grossam in qua sit multum sedimen. Et contrarium vero in iuventute urina est tenuis et sedimine quoniam in ea restat est paucum. Propter hoc fit quod urina nigra significat in eis perditionem sive sine perdicionis. Aquosa significat sine perditione propter contrarium aliam. Quod est quia omnes res recipiunt digestionem in eis velociter propter vehementiam virtutis in mutatione que est in eis. Et de natura quidem digestionis est ut grossificet urinam tamen si egrotus est quis in istis que recipiunt digestionem cum sit. Et spiritu in eo qui habet precipue aut perplexionem et humiditatem descendentem et [illegible] corporum et superfluitatem in egritudine

et saniem in ulceribus. Et propter hoc si pueri quando mingunt urinam grossam et prolongatur spatium illius cum eis postquam convertitur ad grossitudinem aliquam mutatione significat illis perditionem.

Qui mingunt urinam crudam tenuem spatio longo si relique significationes indicant quod ipse salvabitur tunc oportet ut expectet ei exituram que exibit ei in locis que sunt inferiora dyafragmate.

Quam rectius sunt que narravit ypocras in hoc sermone. Quod est quia omnium egritudinum quas digestioni subicere est difficile et sunt vie quarum generatio est ex humoribus crossis frigidis de quorum aptitudine est ut crisis veniat in eis cum exitura que accidit in corpore. Egritudinum autem quarum generatio est ab humoribus calidis subtilibus crisis est cum solutione ventris. Cum ergo monstratur urina tempore longo postquam digeritur oportet ut consideres virtutem infirmi et complexionis si fuerit impossibile ei morari ad tolerandum longitudinem egritudinis aut crisis eius erit cum exitura que suscipit el. Vero distinctio erit ex reliquis significationibus. Quod est quia si relique significationes significaverint perditionem erit illud eius absolute significatur. Exiture autem fiunt in egritudinibus cronicis in partibus inferioribus corporis. Et cum in illo est frigus materiei et grossities eius et debilitas virtutis accidit alabole et inquietudine que evenit et ex longitudine egritudinis. In egritudinibus vero acutis exiture eveniunt [illegible] adlatus aurium. Quod est quia humores in egritudinibus sunt minoris grossitiei et calidiores et est plus et virtus fortior. In egritudinibus autem mediis inter istas eveniunt exiture quibus fit crisis declinant ad utrumque duorum [illegible] et non est possibile ut dicam in eis significationes que accidit superius et inferius. Sed distinctio illius erit ex reliquis significationibus.

Et oportet ut intuearis etiam grossitudinem que natat sicut tela aranee quoniam hec significatio significat liquefactionem.

Evenius crassitiei super urinam quam mingit [illegible] corpus liquefit et est illa in qua ypocras ponit sermonem cum substantia eius evenit sive superius quod infrigidatur et ypocras quidem iam narravit [illegible] in generatione illius.

Et oportet ut consideres ex urinis in qua est nebula aut illa nebula est

sit in inferiori parte an in sup
eriori ipsius et cum quibus coloribus
est. Si autem que eam descenderit
inferius cum coloribus quos
dixi putabis de ea quod est bona
et laudabis eam. Et e contrario
ascenderit sursum cum colori
bus quos dixi putabis de ea
quod est mala et vituperes eam.

Significavit .y. in hoc sermone significa
tione manifesta quod nominavit nebulam rem
grossam pendentem in urina quam nominavi in
libro meo de crisi nomine derivato ex nomine
caliginis nebulam. Et iam dixit illud etiam
in loco alio. Significat ergo per hoc quod dicit
illud. unam duarum rerum vel proprietatum. aut quod
hoc nomen significat nomen generis di
visi in caliginem et nebulam. aut quod
nebula non nominatur aliqua horum caligo.
Quare fiet iuvamentum per omnem quod in urina pen
det per descensum eius ad inferiorem partem ad
illud in eis que premissa sunt in locis in quibus
quibus dixi quod multociens premittetur ei ventositas
sicut vaporosa grossa. Res ergo cuius digestio
iam rectificata est et distincta et equata est cuius
proprietas substantie est in qua non est ventositas
quare descendit ad inferiorem partem vasis in quo est
urina. Illud ergo cui permiscetur aer et vapores
quando ad superiora elevatur et est eius elevatio et
ipsius declinatio in multitudinem et pau
citatem per comparationem eius quod facit illud.

Et cave ne errare te faciat
vesica ita ut in ea sit egrit
udo. et videas in urina aliq
uid de illa. Illa enim significatio
non est super totum corpus sed est
super vesicam scilicet ipsam solam.

Ypocras benedictus egit in capitulo sua vel
exceptione quam excepit in hoc sermone
ut nos rememorari faceret illius quod
dimittimus multociens in egritudine.
Et oportet quidem ut rememoremur huius ex
ponis a prius inquisitionem urine et de eo quod
procedit evenire. Quare est quod comitatur illis
duabus evacuationibus. sit et ipse evacuat
superfluitates totius corporis et superfluita
membrorum ex quibus evacuatur. Et accidit
quando corpus dispositum ... disposito natural ut evacuet
superfluitatem suam per urinam. Et evacu
et superfluitatem venenis per egestionem. Quando ergo dis
positio eius est disposita, secundum quam evacuatur cum urina
aliquid ex renibus et vesica quod significat quod in eis
est egritudo. Et evacuatur aliquid cum egestione
ex toto corpore quod significat egritudinem quem
in corpore. Signum est quia tu invenies multos
hominum mingere saniem. Cum ergo illud est
ita tunc oportet inquirere de loco ex quo egreditur
illa sanies. Et similiter et qui egrediuntur
cum urina res similes petre. Si autem de illo quod
in pectore est sicut est qui cum urina e
greditur sanies. Et multotiens quod
mingit homo urinam fetidam cum permixta est
colera multa et est illud ex renibus et vesica.
Et illud erit multotiens ex toto corpore propter
pravitatem digestionem humoris in toto corpore.
Huius autem virtutis minera et inanitio fiet
ordine est ab epate. Et fortasse non est in hoc
membro egritudo sed totum corpus mun
dificatur per vesicam et per renes et aliquod ex mem
bris eius itaque effundit superfluitates
que sunt in eo adveniens. Cum ergo descende
rint venis sanguinem qui est in eis e
grediuntur ille superfluitates cum aquo
sitate sanguinis. Sicut et accidit quando in
locis multis corporis sunt excitate. Et ev
acuatur sanies que egreditur ex eis quando
evacuantur cum urina.

Vomitus magis iuvati
vus est in quo est flava permix
tum colerebus valde. et non
quod vomitur est spissus val
de. Cum quanto est propinquior
ad hoc ut sit purus tanto est
deterior.

Significavit .y. super
sermonem suum istum rem quam
nominavit puram vel eam quam posuit per se propter
ipsam rem permixtam. Et significat iam nomen
purum ... quam intentio quam ex eo significatur ra
nonest ... illo. Quare est quod non dicimus
in vino quod est purum nisi quando non miscetur ei
aqua. aut quando permixtio aque cum eo est
est valde pauca. Et unumquodque reliquorum corporum
dicitur quod est purum quando non permiscetur ei substantia
alia. Multotiens enim videbis coleram citrinam
in vomitu et procedere inferius et est eius
rubea clara. Et est illa quam quidam hominum
nominant similem vitello ovorum. Et fortasse vi
debis eam plus humidam et minus subtilem. et est
illa que nominatur proprie colera citrina. Et
fortasse videbis ei permixtum fluxum subtile quod
humiditatem aquosam. Ypocras ergo in
nec ad hunc est purus ... humores
sine permixtione ... Quare est quod humor purus
qui est ex genere colere significat ... vehementiam
vehementem caliditatis ... non parum
significat siccitatem. Et unusquisque ...
etiam ... est purus simplex ... ergo

tione. Et hoc est quia ista propter frigiditatem est quasi coagulatum. Et illud quod est ex genere colere propter vehementiam caliditatis videtur quasi sit adustum ut [illegible] humiditas eius. Et bene ista duo modi sunt [illegible] que ingrossantur scilicet caliditas superflua et siccitas multa quoniam caliditas finit humiditatem et exsiccat eam et frigiditas congelat materiam.

Quod si illud quod cum vomitu expellitur est in colore porri aut viride aut fuscum aut nigrum oportet ut putetur de omni quod est ex istis coloribus.

G. In colore quidem fusco et nigro iam locutus sum in eis que premissa sunt. Colorem porralem dixi [illegible] sermone. Et huic colori non est nomen quod sit ei proprium et derivatur ei hoc nomen [illegible] ex porro aut non videre quod porrum non nominatur nisi ex hoc colore non iste color nominetur ex porro. Et hoc est quia derivatio in quibusdam nominibus est manifesta ita quod possibile est tibi ut intelligas dictum in ipsis et quod pars prima et ultima derivatum eius sicut dispositio in colore lacteo. Et quoniam sit dubium quibusdam nominibus cognitio nominis positivi pars prima et derivata ex eo. Et hoc est quia possibile est ut dicas quod color lactis nominatur ex colore lacteo et similiter color nivis. Nam tu non potes scire an ex nive nominatur aut nix ex hoc colore. Et magis etiam cuius color est rubeus clarus nescitur an ex eo nomine color rubeus clarus hoc nomine aut [illegible] hac res dixi in hoc libro [illegible] una. C. Oportet autem ut sit sollicitudo tua de esse nominum propter illud quo fit iuvamentum. Scire est quod insigne manifesta super in sermone quod significat. Sollicitudo autem de eo quod est plus hoc est ex superfluitate et propterea dico tibi ne finias vitam tuam in illo. Verum melius est ut convertas curam tuam in studio de eo quod fit iuvamentum nature. Sic generatur in corpore quod est secundum dispositionem naturalem colera rubea clara. Et similiter generatur in eo quod est dispositio eius extra naturam genus aliud colere cuius color est color porri. C. Et multotiens quidem generatur hec colera in istis propter cibos de genere olerum que non recipiunt digestionem sicut [illegible] et cepe et porri. Et fortasse generatur in venis hec colera absque istis cibis propter aliquam egritudinem et effunditur ad stomachum aut [illegible] et significat caliditatem in corpore egredientem a natura et superfluitatem cum appropinquat infusio complexione sicut illud quod appropinquatur huiusmodi quod generatur ab oleribus que narravimus.

Quod si vomuerit homo unum omnes istos colores significat iterum mortem.

G. Vult secundum sermonem suum omnes istos colores quorum precessit rememoratio scilicet colorem porri et colorem fuscum et colorem nigrum. Et si vult per illud colorem alium preter eos egredientem materia tunc illud est significatio super putredinem.

secundum duas intentiones [illegible] quoniam significat quod in corpore sunt egritudines multe et parve.

Et quandoque quod vomitu expellitur est viride et fetidum tunc significat mortem subitam valde.

G. Iste vomitus significat secundum quod dixit [illegible] propter significationem suam super mortem si fueris memor eius quod precessit in sermone meo.

Omnes odores fetidi sunt mali in unoquoque vomitu.

G. Causa in illo est quia omnis egritudo in qua accidit putredo acquirit materia eius ad illud quod ante diximus.

Sputum quoque oportet in omnibus egritudinibus descendentibus a pulmone et costis ut eductio eius sit velox facile.

G. Sermo quidem eius velox significat principium egritudinis. Et sermo eius facilis est sic et ideo et eventus illius est quoniam eductio est velox ne sit nocumentum cum eo. Et hoc est quia ex velocitate productionis sputi intellexit primam duarum rerum vel proprietatum. Prima significatio in initio egritudinis et secunda spatium temporis actionis. Nam intentio productionis sputi est quoniam aggregantur ibi res due scilicet quarum est prima ut non sit in pectore dolor vehemens. Nam illud quod est prohibet pectus ab operatione sua quoniam incipit compleri. Secunda est ut virtus non sit debilis. Nam quoniam virtus est debilis mollificatur antequam compleat actionem suam quare prohibet [illegible]. Et necesse est etiam in illo ut sit quod sputum facile. Nam quoniam est viscosum in [illegible] in membris impositione vehementia cuius eradicatio ab eis est difficilis. Et quoniam illud est [illegible] vel prohibetur productio sputi propter adherentiam suam in meatibus pulmonis. Et similiter cum si est vehementis grossitiei fit difficilis productio eius et necesse est infirmo ut laboret in productione eius. Et adheret etiam in quibusdam meatibus strictis pulmonis. Et propter hanc causam accidit multotiens [illegible] prefocatio et sputi aquosi et subtilis vehementis subtilitatis fit difficilis productio quoniam [illegible] aeris ingredientis in [illegible] et evadit vel labitur ex eo. Et hoc est cum prima causa fit productio sputi et est [illegible] que nominatur [illegible]. Et est quia cum prima [illegible] duos modos sicut ostendi in libro meo de causis quorum unus est quod est [illegible] et secundus est ille qui est inceptio motus. Et inceptio motus fit in [illegible] virtute movente [illegible]. Et iam ostendi illud in libro de causis accidentium quoniam constrictio pectoris

quoniam huius fit difficilius exitus aeris cum fortitu
dine et uehementia. Et hec uirtus expulsiua que est
retenta in meatibus pulmonis et in uiis diuer
sis in eis. Et propter constrictio pectoris quoniam est opilata fortiter
et non est quod prohibeat ipsum. Et humiditas reten
ta in cannis pulmonis est equalis in grossitudine
tunc productio sputi est facilis. Et quando est aliqua istarum
duorum fit grauis productio sputi et parua. Et si
una duarum rerum fuerit inuenta et altera priuata
erit productio media inter meliorem et deteriorem.
Et ad istarum similitudinem et paucitatem et in una
quaque istarum rerum uel earum debilitatem eam inuenimus
quosdam homines producentes facile sputum et quos
busdam eorum fit difficile producere ipsum. Iamque
uidetur michi quod ostensum est tibi ostensione ma
nifesta. et certificatum est apud te intentio .y. in sermone
suo ut sit productio sputi facile. Et quoniam certificatum
est scilicet quod sermo eius uelox non significat spatium temporis
tussis sed horum prima ex hora egritudinis. Et est illa
in qua dixit .y. in libro amphorismorum quoniam in pleuretici
apparet sputum incipiens in principio eorum est egri
tudo breuis. Verum si intellexeris ex sermone
suo uelox. quod intendit spatium temporis actio
nis et est id de quo ostendi quod ingreditur in ser
mone suo facile erit error eius duobus modis
quorum unus est extimatio tua de ypo. quod dixit hec
tibi bis. et secundus dimissio eius quod dimisit id quod
dixit in libro amphorismorum et uirtus eius magna ual
de. Et iam ostensum est tibi quando et propter has duas
res oportet ut intelligas sermonem eius super illud
quod dixit de expositione ista ad id quod conuenit secundum hanc formam.

Et uidetur in eo rubedo ua lde permixta saliue.

Melius est ut intelligam quod sermo eius
ualde sit super permixtionem non super rubedinem
sic si diceret. Et oportet uidetur in eo rubedo p
mixta ualde saliue. Et hoc quod dixit .s. ualde
significat uehementiam apud eum et multitudinem
iam cum dixi. et magis uniuersalis uomitus est in
quo ista permixta est coleribus ualde. Et dixit
in hoc sermone. et uidetur in eo rubedo ualde p
mixta saliue. Et tu quod dixi potius scire quando tu
inuenimus in eo quod exposuimus in hoc sermone cum
intellexeris sermonem qui sequitur eum.

Nam si tardatur a principio doloris tardatione multa dico est sputum eius rubeum aut citrinum. aut cum tussi multa et non est permixtum saliue. ua lde est malum.

Iam premisi in eis que premissa sunt ut os
tendam certitudinem intentionis sermonis eius
.s. uelox. et intentionis sermonis eius. ualde.
Dico ergo quod cum reddit in sermone suo isto adiunc
tionis res contrarias eis que ab ipso premissa
sicut de consuetudine eius est posuit propter ser
monem suum. Nam si tardatur a principio
doloris tarditate multa. Et contra sermonem
suo ualde sermonem suum permixtum saliue. Et
contra sermonem suo. Et quod uelox sit sputum eius equale.
sermonem eius dixit cum tussi. Quod est. quod sputum quod
sputatur absque dolore cum uelocitate et facili
tate non indiget extussi nisi quantitate leui.
Verum quod oportet ut intelligantur res que euacuantur
ex corpore ad inuicem et non euacuant ex eis ad
purum simpliciter iam sic dixi in eis que premis
sa sunt. Et dixi iterum in libro meo de ... et in
expositione mea quia exposui librum amphorismorum quod oportet
ut sit productio sputi in pleuretico uelox.

Propterea quod rubeum quando est purum significat timorem et album uiscosum globosum inutile.

Non addit nobis .y. aliquid in hoc super illud quod
dixit in eis que premissa sunt. Quod est. quod
dum non permiscetur ei aliquid est procul dubio purum
et rubedo quidem accidit in eo propter coleram citrinam
albedo autem uiscositas et globositas acci
dit ex flatu admixto. Et ego quidem iam ostendi in scho
lis quod arterie que effunduntur ad membra
faciunt accidere in eis calida apostemata.
et apostemata rubea et apostemata mollia et apostemata
lapidea et cancrosa. Et quoniam sicut materie ma
le sic apparent accidentia ab eis maligna. Et
si minoratur malitia apostematum erit secundum diuersi
tatem generantium ea. Quia materie sanguin
nee et flatice sunt minoris malitie. Et mate
rie que sunt ex genere colere citrine et ex genere
colere nigre omnes sunt male quoniam isti duo hu
mores sunt corrodentes membra. Et est
actio que confert eis et appropriatur unicuique
eorum quod de colera citrina facit euenire febres
acutas cum colera non fit difficilis resolutionis et egri
tudo fit difficilis quoniam iste humor propter grossitiem
suam et propinquitatem suam nature terree
infiguntur in membris suscipientibus eum
et oppilat ea et fit difficilis propter eam illarum euacua
tionis eius exitus.

Et quod est uiride ex eo et spumosum est malum.

Multotiens iam dixi quod de consuetudine
.y. est ut significet per sermonem suum uiride
aut colorem citrinum aut colorem quem quidam hominum
nominant zinar. Et ego quidem non indigeo
sermone in hoc quod isti duo colores quando sunt in
fine ultimo puritatis tunc sunt mali quoniam
sic locutus sum in eis que premissa sunt in omnibus
humoribus puris. Quod est. quod omnes humores ex
cepto sanguine ubi sunt puri significant egritu
dinem malam quoniam euentus ille est a calore ita
te inflammata. Quod est quod colera citrina quando est
pura significat quod humiditas eius est aquosa cum ca
lor eam uincit uiridem iam adusta est et
siccata. Similiter autem peruenit ex adustione

huius humoris est illa que fit ex colera nigra inflammata et combusta aut sanguine grosso quando exsiccatur secundum illam siccitudinem. Et fortasse etiam generatur sanguis propter proprietatem suam et declinat ad nigredinem super ipsum per mortificationem. ¶ Oportet ut huius sermonis sis memor et non velis mirari ut narrem tibi res easdem multotiens. Et est illud quod dicit Y. in hoc sermone cuius plurimus rememorationem fecit permixtione aeris cum humore flatico. Oportet enim quod generatio spume in omnibus rebus non fit nisi secundum hanc similitudinem cum ea quidem generata in mari cum ventus invadit aquas impetus multis partes et detinentur in eo inter illas partes. Et generata in eo quod relinquitur apud superficiem [illegible] et coitus istis duobus scilicet quod generantur ab utrisque ampulle multe parve et fit difficilis resolutio. Harum autem ampullarum propter quod aggregantur in eis iste due res simul. Et sunt ut sit aer in eis retentus turbidus vaporosus et humiditas in qua retentus est ille aer grossa viscosa quoniam in humiditate tenui sit aqua pura vel etiam cum non admisceatur res alia. Nam aer clarus retinetur non est possibile ut emoretur in ea spatio longo. Quia hora qua ille ampulle disrumpuntur pervenit ille aer qui est in [illegible] ad locum qui est sibi proprius. Et propter hanc causam fit quod ampulle que fiunt in mari resolvuntur hora velociori. ¶ In humiditate vero viscosa grossa quoniam aer turbidus fumosus retentus moratur tempore longo quoniam substantia sua non potest ascendere sursum sicut aer purus. Et quoniam humiditatis etiam disruptio est difficilis. Sicut enim generatio ampullarum fit ex substantia humidi quoniam inter ipsum retinetur aer, similiter et earum dissolutio fit sive resolutio apud disruptionem illius humiditatis. Et disruptio eius fit difficilis quoniam est viscosa in natura sua et motus aeris qui est in ea [illegible] sursum motus fortis. Sed difficultas disruptionis eius fit quoniam non est subtilis nec motus aeris contenti in illa substantia humida ad [illegible] est fortis. Et hec quidem est dispositio aeris [illegible] turbidi quoniam aer [illegible] dispositio est hec dispositio non ascendit sursum nec [illegible] est subtilis sed ex humiditate [illegible] in qua est possibile ei resolvere illam substantiam humidam extensam. Et propter hoc quando bullit non generantur in ea ampulle quarum resolutio sit difficilis. Ampullarum autem quarum disruptio est difficilis generantur apud decoctionem humoris grossi aut viscosi a quo generatur ventus vaporosus. Et humiditas que est super os [illegible] unctuosa viscosa. ¶ Secundum hunc modum ut generetur ergo spuma in corporibus animalium. Oportet ergo ut non [illegible] quod spuma generatur in corporibus animalium sicut generatur in mari ab agitatione venti cum eo cum fortitudine sed [illegible] caliditate ignea que liquefacit sanguinem et generat ventositatem ex eo vaporosam. Et nos quidem invenimus [illegible] accidere in accidentibus multorum infirmorum. Puto autem quod dixi est sufficientia in hoc capitulo. Et tibi quidem necesse est ut sis memor eius in eventu omnium spumosum [illegible] ego sive [illegible]. [illegible] enim [illegible] que declaratur [illegible] non fit nisi [illegible] modo. Et non dixi illud [illegible] ut consideretur etiam cum alia aggregatio cause in eventu eius.

Quod si iam consecutum est ex putritate sua ut videas ipsum nigrum tunc hoc est deterius illo.

Iam locutus fui in omnibus [illegible] partis sermonem communem in eis que sunt permixta cum [illegible] et in humoribus melancolicis sermonem proprium. Si igitur non fueris oblitus illud tunc redeas ad ipsum et lege ipsum. Forsitan enim est melius quam ut ego scribam tibi unam eandem rem multotiens.

Coriza vero et sternutatio in omnibus egritudinibus que sunt in pulmone et costis sunt male sive sit illud ante eventum egritudinis sive post eventum eius. ¶ In reliquis autem egritudinibus periculosis sternutatio est ex eis iuvamentum.

De consuetudine omnium medicorum est ut significent per sermonem suum coriza humiditatem albam levem evacuatam ex naribus. Sic de consuetudine etiam eorum est nominare humiditatem que descendit ex palato catarrum. Et manifestum est quod Y. dimisit ut adderet sermoni suo coriza loco sternutationis catarrum. Quare est quod materia corize quando accidit in hiis egritudinibus non est nisi ex parte una. ¶ Catarrorum autem materia est ex duobus modis. Et ego quidem iam dixi quod nos invenimus res quarum materia est in hiis quod causa rei ipse sunt alie que nocent. Veruntamen ipse quando numerantur in significationibus malis. Et invenimus etiam res alias que non sunt nisi significationes male tamen a quibus non accidunt res male et non significant tantum nisi eventum malam vel egritudinem que generatur ab eis. Et invenimus etiam alias res quarum dispositio est dispositio tertia quarum materia est ex duobus [illegible] scilicet ex parte signorum et ex parte causarum. ¶ Et ex parte quidem significationum quando earum eventus est per egritudines malas et ex parte causarum quoniam ipse etiam faciunt venire egritudines alias malas. ¶ Catarrus autem et coriza in egritudinibus pulmonis accidunt quando elevatur vapor calidus ad caput. Nocumentum autem proveniens ab eis non fit eis utrisque simul [illegible] corize tamen [illegible] catarrus. Quare est quod coriza est res evacuata ex naribus et sic evacuatio eius ad exteriora. Oportet igitur ut sit catarrus deterior coriza. Et propter hoc ego non scio quare dimisit Y. dicere catarrum in hoc sermone nisi si voluit ut intelligam ex sermone suo etiam coriza catarrus. Et

al' tonis

potuit quod scriptor primus dimisit scribere illud. Invenimus etiam nunc res multas in quibus hoc accidens accidit. Sternutatio autem secundum plurimum pervenit cum coriza et quando mox accesserit fecit motu vehementi et nocet pulmoni. Et propter hoc, ut dicitur in. [illegible] accidentia, que sunt significationes male super multis egritudinibus, cum impleatur pulmo ne humore. ¶ In multa autem causa quando accidit postquam prolongatur egritudo est ita quod significat quod egritudo que est in pulmone est magis fortis et quod capiti iam advenit nocumentum. Inter reliquas autem egritudines non est possibile ut accidat sternutatio in principio egritudinis nisi adversis accidentibus. Quod si accidat post longitudinem egritudinis significat evacuationem quam egritudines sunt [illegible] et reliquas significationes. Quod est quod significat digestionem et vehementiam virtutis expulsive que est in cerebro. Hec enim virtus quando est fortis ita ut expellat ventositatem vaporosam que generatur in cerebro cum humiditate que apparet in quibusdam horis et debilitatur in quibusdam causis et non sentitur et sit eius appetitio difficilis facit evenire sternutationem.

Sputum autem cum quo sanguis admiscetur qui non multum et rubeum clarum in aperitione pulmonis in principio egritudinis significat salutem valde. ¶ Quod si egritudini supervenerit unus dies aut plus illo et sputum cum fuerit cum ipsa dispositione tunc fiducia tua de ea erit minor.

¶ Sermo iste est communis in apostematibus et dispositionem dixit ipsum. Y. multotiens in colerico et est quod currit ex humore effuso ad membra apostemata quod in ipso est subtile quando apparet de membro in quo est apostema non est spissum in natura sua. Et propter hoc quando accidit in ore et in duobus foraminibus narium et in oculo a per se currit ex eo humiditas subtilis sicut virtus que currit ex vulneribus. Ergo si hoc quando in pulmone fit apostema evacuatur ex eo humiditas ad loca vacua que sunt in eo et sunt canne diverse in ipso. Et quidem humiditas elevatur in hora tussis et expellitur. Et significat natura sanguinis facientis apostema in pulmone quando ipsum est aquositas illius sanguis. Et propter hoc si humor faciens apostema fuerit de genere colere videbis colorem illius humiditatis citrinum. Et si fuerit color sanguineus videbis colorem eius rubeum. Et si fuerit permixtus ex duobus sic videbis eius colorem

rubeum clarum. Et productio sputi huius humoris est una de significationibus laudabilibus et magis quod laudabile est postquam sanguis purus. ¶ Et dignum est ut abhorreas hoc signum. Et est enim sicut illud quod accidit in pulmone quando disrumpitur aliqua venarum eius et ulcerare quod accidit in eo quando sputum erit sanguis purus. Verumptamen quod evacuatur de sanguine et expellitur in eo qui habet peripleumoniam est paucum valde sicut evacuationis sanguis. Et sputo eius cum advenit agnitio in pulmone suo proportionem torquentem ipsum. Et accidit sicut huic qui ex timore fluxit sicut et est signum mollificatum cui non est possibile retinere ipsum et prohibere ipsum a[illegible] tione. Et evacuatur et ex palato et naribus hic sanguis aquoso subtili [illegible] citrinum, et si accidit sicut illi in pulmone. Et est quidem non est possibile ut significet super illud facile ex subtilitate sanguinis et eius quantitate. Quod est quod sanguinis evacuatio ex pulmone non est grossus in subtilitate subtilia nisi multum morietur hec accessus in die .vii. Sed minuatur proprie et digestio in iiii diebus primis. Quod si non minuatur in hac hora minuta [illegible] in ebdomada prima. Sed autem moretur in hoc spatio super dispositionem suam illam et manifestum est quod egritudo prolongatur quousque septimana usque in diem .vii. postquam suscipiat digestionem significat quod ipsa recipit digestionem in tempore longo. Et de aptitudine spatii temporis est quod prolongatur infirmitas ut accidat error multus in curatione eius et ex infirmo et ex eis qui serviunt ei aut ex rebus intrinsecis. Et multotiens accidit etiam medico etiam. Quod si non accidat error ex aliquo istorum non sit securitas super virtutem quin cadat et vincatur in hoc spatio in quo remanet digestione et propter hanc causam dixit .Y. tunc si egritudini supervenerint dies multi et sputum fuerit cum illa dispositione fiducia tua de illa erit minor.

Omne sputum per quod non quiescit dolor est malum. Et quod ex eo est deterius est nigrum sicut narravi. ¶ Et omne per quod est doloris sedatio est laudabilius.

¶ Sermo eius iste est communis in omni quod procedit ex corpore. Dixit enim in libris aliis similibus magis per istud ubi dixit quod omne proprie in consideratione quietem egritudinis. Multotiens enim potest natura super egritudinem quamvis egritudo sit mala et vincit eam quare mundificatur corpus per evacuationem rei male ex eo. Quando non sit dixit eventus illius evacuationis per actionem naturae propterea quod non evacuatur res illi et rememoratur eius quam [illegible] .Y. in libro amphorismorum non est nisi adnomen quietis tamen in hoc autem libro adiungit ad hoc dolorem et dixit in laude sua qua laudavit sputum et de eo quo est quies doloris et nos [illegible] inveniemus cum parum post narrare eius significationes laudabiles in egritudinibus.

Sermo iste [illegible] sanguis exiens de apostemate est sanguinis [illegible] sanguineum quod exit de vena rupta pulmonis tamen differt ab eo quod sanguis exiens de apostemate est sanguis [illegible] sic sanguis [illegible] pulmonis [illegible] et grossus. Sanguis autem exiens de vena pulmonis est multus. Quod est quod sanguis evacuatus. q. d. quod [illegible] modo distinguitur [illegible] quod sanguis exiens de [illegible] et est subtilior quam sanguis exiens de vena rupta cum plana est [illegible] evacuatione [illegible]. [illegible] sputum aliud subsanguineum clarum. q. d. non consuevit multum morari [illegible] digeretur [illegible] quod aliquando morietur in diebus quattuor [illegible] in longa egritudine recipiet digestionem in tempore longo. i. dubitatur [illegible] timor propter duo. [illegible] error [illegible] ut necessarium. Secundum de virtute quod in longa egritudine debilitatur multum virtus.

Sermo eius. hic exponit per [illegible] quod sputum est cum diminutione doloris. q. d. [illegible] sedatio doloris non solum [illegible] sputi sedat dolorem sic bonum signum [illegible] de corpore exit. Sed quod cum ea sedatio dolor est bonum signum [illegible] Y. [illegible] consideremus qualiter exeunt de corpore [illegible] bona vel mala [illegible] superfluitas esse male [illegible] [illegible] concordantia [illegible]

Sermo iste [illegible] sputum in principio [illegible]

[illegible] non solum implere [illegible] pleumonia [illegible]

[illegible] apostema [illegible] sputum [illegible]

[illegible] apostematibus oculorum.

Sic [illegible] in pulmone. i. sputum purum rubeum est propinquum sputo sanguinis quod exit de vena rupta in pulmone.

Sanguis purus. cum sanguis exiens de vena rupta pulmonis sit pessimum signum et istud est satis proximum. dicit esse valde malum.

Verum quod evacuatur de sanguine. q. d. sputum sanguineum quod exit de apostemate pulmonis [illegible] sputo sanguineo quod exit de vena rupta

que convertuntur ad salutem et complexio [illegible] eius in [illegible] quietis. Et propter [illegible] in sermon[e] [illegible] ut perscruteris perscrutationem et consideres in significationibus quas dixit ut scias possibilitatem proportionativus ad invicem iudicare quam [illegible] declinationis egritudinis versus salutem [illegible] ut visus in aliqua sic est id quod invenimus eius [illegible] [illegible] in ratione que inducimus [illegible] dixit ei. Et productio sputi quando per eam non quiescit dolor, nunc non est signum laudabile. Et non sufficiat tibi ut scias id in pronosticatione certa prius quam accidat. Sed in diggess et aspicias in reliquis accidentibus. Et nos etiam invenimus. y. ostendisse illud cum procedit sputum nigrum. Et est quia mora doloris in eam dispositionem una quia est significatio communis et non est propter illud considerare inter quod expuitur. Quoniam sputum si est rubeum ut citrinum significat id quod timor est minor. Et si est nigrum significat perditionem signis forti [illegible]. Cum ergo perscrutatus fueris illud et in effectis de illo et reliquis rebus remanentibus aggregabitur tibi res una communis in pronosticatione certa. Et y. quidem ordinavit post hunc sermonem significationes laudabiles et illaudabiles ut rememoreris per eas illud quod precessit de sermone suo.

Et quicumque dolor non quiescit in locis istis, neque apud productionem sputi, neque apud evacuationem ventris per egestionem, neque apud minutionem et regimen et curationem per medicinas, tunc oportet quod scias quod esse eius conversum ad pus.

Oportet ut scias de esse doloris qui fuerit in pectoribus et pulmone et non quiescit per curationem preter quod sit cum nihil alia exterior alia excepto capitulo hoc tamen quod convertitur ad pus. Et est quod iste egritudines sunt medie inter egritudines que sanantur cum velocitate et facilitate et inter illas quibus non est salvatio.

Et quecumque pus accidit sine per sputum adhuc vincente colera est malum sive sit exitus quod egreditur quoniam sputum super quod vincit colera aut quoniam sanies aut si ut usque exitus sit simul.

Quod vero apostematum quod in pus convertitur in superioribus corporis in quibusdam quorum sanies est [illegible] illorum [illegible] non est [illegible] sicut ostendit in eo cum illo signum est mala [illegible] eius malicia plus [illegible] illo malicie [illegible]. Apostemata que fiunt in membris nobilibus

quod est quod significat quod huiusmodi facies ea est malignosa valde quoniam illud significat quod natura conatur maturare apostema et quod ipsa non venit ad illam viam omnino.

Et precipue quando incipit sanies et iam supponit egrum .vij. dies.

Sermo iste valet convenit omni quod accidit in aliquo dierum creticorum pronosticatio et certitudo eius. Verum enim illud sit laudabile significat ex signis aliis. Cum enim accidit infirmo sudor in die .vij. aut fluxus ventris aut fluxus sanguinis narium deinde sit dispositio eius post illam evacuationem melior tunc illa significatio est laudabilis. Et sicut dispositio eius deterior tunc est illa significatio illaudabilis. Et significatio .1. unaquaque cuiusque earum significationum quando est in aliquo dierum creticorum est magis certa et magis credenda quam quando est die alio. Et ego quidem iam locutus fui in illo sermone plero in libro meo de crisi et alio in de creticis diebus. Et oportet ei qui vult intelligere quod dixit .y. in hoc libro secundum veritatem et perscrutationem ut exercitet in primis in illis libris.

Et deinde dic ei qui producit hoc sputum quod morietur in .xiiij. die nisi eveniat accidens laudabile.

Iam intellexisti certitudinem huius sermonis et veritatem eius in exponendis meis de infirmis in eo quod indicavi super infirmos. Et propter hoc oportet ut consideres quod dixit .y. et ponas mentem tuam in eo ut non errem et super sermonem eius. Et est sicut illud qui scripserunt multi medicorum cum sermonibus quibus non fit sufficientia per orationem tamen. Sermoque contingit [illegible] intentionem eorum in eo quod apparet infirmus declinatur ab eis que sunt falsi. Et est quod tu potes quando consideres hanc egritudinem quam narravi et exercitatus eum in [illegible] tua [illegible] dispositio est media inter egritudines laudabiles et egritudines malas [illegible] predicere [illegible] diem quo morietur infirmus. Pone ergo verbi gratia quod aliquis infirmorum [illegible] incipit vel expuit in die .vii. saniem [illegible] putam in illa die tota sed cum ea primo aliquid de genere colere aut [illegible] expuit [illegible] preter quod fuerit cum eo sanies. Sed reliquis res remanentes proculdubio in hoc infirmo fuerit medie scilicet etas et virtus et reliquas res remanentes ita quod non fuit virtus in fine fortitudinis nec in fine debilitatis. Et est

[illegible] medio sputi [illegible] dies cretica [illegible] quando dies certa et [illegible] [illegible] signum apparet in die cretica [illegible] illa dispositio [illegible] malum [illegible] et aliqua [illegible]

[illegible] in hoc infirmo [illegible] [illegible]

et eius dispositio est media.

i. quartus .y. ponit hic medie est inter omnia mala et omnia salubria [illegible] omnia alia signa esse media.

in fine fortitudinis. i. quod virtus sit media quia non sit fortissima nec debilissima.

130

regio. s. in qua non est omnino sana nec omnino infirma. ex horis anni. s. que non sit tempus omnino malum nec omnino bonum. etatis. s. quod non sit [illegible] in qua non sanus nec omnino infirmus. Et breuiter omnia signa que apparent [illegible] egritudine sunt media inter bonum et malum. dico quod talia signa supra ab [illegible] ex egritudine [illegible] similibus dico quod talis infirmus si in [illegible] hec talia sunt supradicta [illegible] putredine [illegible] omnia media sicut dictum est supra etc.

Dico ergo. hic quod dixit concludit. s. quod [illegible] signes medio etc.

Non autem oportet. Ista signa [illegible] [illegible] in multitudine [illegible] paucitate. [illegible] quedam signa bona et mala [illegible] signa significat [illegible]

[illegible]

Et non occultetur [illegible]

[illegible]

regio. et hora presens ex horis anni. et dispositio aeris et etatis. Et ponamus quod omnia fuerunt media inter illud quod est in fine bonitatis et inter illud quod est in fine malicie. Et sicut narrauimus in istis rebus que sunt medie in bonitate et malicia. Et similiter etiam ponamus quod unumquodque genus significationum que apparent in infirmo sunt media. dico ergo quod infirmus iste mors non timetur uel expectatur in die .xiiii. quoniam hec hora est media in euentu mortis. Et si apparent in eo significationes laudabiles tunc scias quod mors eius tardatur uel postponitur ab hoc termino. Et si apparent in eo significationes male tunc time ei mortem in .viii. die.

infirmi et ipsius euasionem ita ut natura uincat
aut ad corruptionem eius ita ut uincat eam egritudo.
Hec est ergo summa huius sermonis. Sensum autem
standi super illud intelliges ex libro meo de crisi.

Et quies quartane non est nisi secundum hunc ordinem.

Hi Transiuit etiam iste sermo super multos medicorum
et non intellexerunt eum. et propter hoc inuenimus
eos mirantes de nobis. Et estimant
quod indicatio nostra infirmo qui habet quartanam
scilicet quod eius febris consumitur. Vbi graduatur
.xv. dies non est nisi per uiam diuinationis. hoc
est quamuis ipsi non mirentur de nobis qui procedimus
et iudicamus similiter illud in febre tertiana
et status illius contrahitur utrisque sit quod sic nos inu

eniamus in febribus continuis omnes concordantem
in prognosticatione de crisi. De an aptitudine
est ut accidat. Nam etiam inueniamus in febribus
prolixioribus periodos. Periodus ergo est illud quod facit
dies .iiij. in febribus continuis illud quod facit
dies .vij. in febribus terciis .iij. periodorum sunt
sermonem et ille sunt febris quartane pure. Crisis enim
uenit in eis in .vij. periodis et non in .vij. diebus.
Et proportio dierum quartane ad apparitionem egritudinis ad
diem .vij. est sicut proportio periodi .iiij. ad periodum
.vij. Quod est quoniam dies quartus est indicatiuus diei .vij.mi
Et periodus quartus est indicatiuus periodi .vij. Et
ego quidem iam narraui totum illud in libro meo de
diebus creticis. et propterea hoc sufficit tibi tantum ut scias
in hoc loco quod crisis febrium quartanarum sit in periodis
et non in diebus. et non est nisi secundum hunc ordinem.
Significauit per ordinem ordinem dierum crisis. Nam sicut
proprietas diuersitatis est malicia ordinis sic
et proprietas ordinis est ordo. Et propter hanc causam nominauerunt
greci nomine multorum significantem ordinem.
Et ordo est quoniam omnia ipsa que fuerunt in mundo sunt
ordinata. terra enim est in medio ipsius. deinde mare
est in circuitu ipsius. circa mare est aer. et
post aerem est ignis. deinde orbes continentes omnia.
Ordinem autem motuum [illegible] [illegible] non est necesse
multi dicere et tamen inueniemus illud secundum uirtutem dispositionis.
Motus autem stellarum secundum hesitantes quamuis
non sint equales in omni die tamen currunt secundum
ordinem et ordinatione. Quod est quoniam ipse secant
in tempore equali loca eadem orbis signorum

Egritudines uero de quartii aptitudine est ut consumantur in omnibus spatiis sunt facti non differentie nisi discretionis. Quod est quoniam res quibus alie differunt sunt secundum maioritatem quod est. Quod est quoniam illorum qui sunt secundum semitam salutis est hanelitus bonus et sunt salui a dolore. et dormiunt in nocte. Et sunt reliquie significationes in eis secundum ultimam salutem. Illorum autem qui patiuntur hanelitus est malus et permiscet eos permixtio et accidit eis inquietudo. et sunt reliquie significationes in eis secundum ultimam maliciam.

Cum dixi in eis que premissa sunt quando uult
per sermonem suum. facilis et leuis et magis leue. et dixit paulo paulo ante quod salubriores
febres et ille in quibus est mixtio ex sudoribus

significationes consumuntur in die .iiii. vel ante ipsam. In hac autem hora convenerunt sermone suo ut significationes signe manifesta super laudabiliores significationes et propterea adducit illi quod illorum qui sunt ex dementia sabeus sompnus est bonus, et sanus a dolore et dormiunt in nocte. Illorum autem qui pereunt sompnus est malus et vigiliae eorum per mixtionem rationis et accidit eis inquietudo et additio eorum. Dixit quod eorum sermonum. Et fiet reliqua significatione (?) super hanc similitudinem. Dixit ergo in sermone primo et sunt reliqua significationes. In sermone ultimam secundum iterum. Et dixit in sermone secundo et fiunt reliqua significationes ultimam malitiam. Significatur ergo significatione manifesta per hanc additionem quod eius rememoratio in unoquoque horum duorum sermonum erat cum significationum quas dixit. Si est summa et additio a summa sua ad sermonem suum. Quod est quod non differt ab hoc secundum minoritatem que est. non facit ipsum nisi generationem. Dixit ei in eis qui precesserunt quod diversitas in egritudinibus de aptitudine quarum est ut consumantur in minoribus spatiis inter illas quantitates et inter illas que vestigantur est magna valde. Egritudinum autem quarum spatium prolongatur si est diversitas magna valde inter quantitates et proportionabiles. Sed earum significationes sunt simules (?) adiunctio earum. Sermo autem eius recepit permutatio. possibile est ut significet illos quorum permiscentur rationes. et possibile est ut significet illos qui egrotantur et inquietantur et non figuntur cum eis decubitus. Et melius quidem est ut intelligatur ex eo intentio prima. Et cum fit hoc cum ei vehementer inquietent.

Oportet autem ut co(g)noscentes esse hore et esse cuiusque quantitatis augmenti usque consequantur egritudines horam digestionis sue secundum quod. Quamvis non sint currentes secundum quod narravimus.

Sicut dixit per ipse in quarta prima. Et oportet in prima die. deinde addit ad illud exemplum in eo. Dixit etiam invenimus eum dixisse in hoc sermone cuius permissum rememoratus fuit ei quod dixit in illo sermone. et est hoc. Sed oportet a quo die ut cognoscas quotiens pertransierint .iiii. dies considerata non ei (?) dubitabitur et ad quod declinet.

Et secundum hanc viam accidit etiam mulieribus post earum partum crises.

Oportet ut fiat computatio dierum in hac egritudine a primo die in quo mulier peperit non a die in qua invasit eam febris. Quod est. quia plures earum invadit febris die secundo et tertio post partum. et a talibus diebus numerantur media plures. et expectant crisim. Et istud quod non est rectum. Sed postquam numerantur dies ab ipso die partus mulieris.

Et quoniam .p. narravit totum cuius scientia est necessaria in diebus crisis breviter et compendiose visum est michi ut faciam te rememorari eius quod multotiens dixi in alio loco. Et est quod nos invenimus res multas ex rebus de quibus fit inquisitio quibus non pervenit in opere medicine. Veruntamen nos in quirimus de eis inquisitione determinata. Quod est quod iuvamentum per pronosticatione non est nisi in cognitione diei in quo venit crisis egri. Si quis autem quesierit de illa egritudine an oporteat ut nominetur acuta egritudo absolute. an acuta valde. aut cronica. aut acuta ad ditione vel conversione. tunc inquisitio eius et in illa non est per se nisi in nominibus et non intentionibus ex quibus est possibile homini ut cognoscat pronosticationem de eo de cuius aptitudine est ut deveniat ad situatam medicationis secundum certitudinem. Ponamus ergo. verbi gratia. quod nos precessimus scientes scientia certa quod infirmus evadet ab egritudine sua in die .xx. et illud evenit secundum quod speramus de eo. Veruntamen aliquis dicet quod illa egritudo est acuta quod terminus acutarum egritudinum est dies .xiiii. et isti duo sunt etiam diversificantes. Dixit ei unus eorum in hac egritudine quod oportet ut nominetur cronica quod iam pertransivit diem in quo perveniunt ultimi termini egritudines acute. Et egritudines quidem non habent aliam scientiam speciem ex parte temporis qua nominetur egritudo hec. Et dixit alter quod oportet ut nominetur egritudo acuta cum additione paulatim. Si ergo homo attendat vel velit a semaliter (?) sermonem cuiuslibet istorum. et illud quod conatur certificare et quievit post illud et consideravit quis illorum verum invenit et quis eorum erravit et fuit in illo de vita sua tempore longum propter quod perficiet per ipsum in opere medicine aliquid ex rebus. Et illa quibus fit cognitione ex qua potest previdere et iudicare quod egritudo solvetur in die .xx. vii. postquam sit ei possibile iudicium in egritudine an oporteat ut nominetur acuta aut cronica aut acuta cum additione aut conversiva. non nocet ei illud in opere medicine in aliqua ex rebus. Quod melius est ut ponat terminum egritudinum secundum tempus et per quantitatem numeri periodorum in quibus accidit crisis. Quod erit egritudo que solvitur in .iiii. diebus prima. deinde secunda postea in qua venit crisis in .iiii. diebus secundus. deinde post tertia post eam. in qua accidit crisis in .iiii. etiam et post ipsam egritudo que consummatur in quarta quarta. Et postea cuius crisis fit in sexta quarta. et est illa que solvitur in die .xx. Cum ergo fuit post hunc diem duplicantur quarte et evenit crisis in septenis. et cum extendit terminus duplicatur septene et solvuntur egritudines in .xx. die. Deinde post hanc horam mutantur ad menses. deinde transeunt ad annos.

Oportet ergo ut in egritudinibus sint duo termini quarum quedam dicuntur acute. et quedam earum cronice. Veruntamen ego multotiens nolo eas nominare ut certificet sermo meus. Et forte cognitum ponent in eis quoniam egritudines que nominantur conversive. Et cum fecerimus illud erunt omnes species egritudinis tres. quarum una dividitur in species alias. unde est quod prime speciei est sue egri

tudines acute quas nominavit .v. egritudines
absolute acute. Et quasdam earum egritudi
nes valde acutas, et sunt ille que non transe
unt diem septimum. Sed crisis venit eis aut
hac die aut ante ipsum. Egritudines autem que no
minantur acute absolute sunt ille que exten
duntur usque ad diem .xiiii. Ille autem que trans
eunt hunc diem cadit in inquisitione nostrum
hesitatio eius. quoniam non est possibile ut ponam egritu
dinis cuius crisis venit in die .xvii. nomen
quod sit sibi proprium. in egritudini in qua ve
nit crisis in die .xx. Et cum illud ita sit cadit
in hac re quesita hesitatio. Et propter hanc causam vi
sum est michi quod ex sufficientia est ut ponam
tibi finem egritudinum acutarum diem .xx. non diem
.xiiii. ¶ Et in illa rerum est hesitatio alia
magna. quoniam ex egritudine acuta non intel
ligitur nisi egritudo in qua est febris ve
hemens et assidua. Illa autem que non est ita
tamen si ipsa condicatur in .xiiii. sive .iii. illa
paulatim non nominatur egritudo acuta. Iste
ergo sunt species egritudinum acutarum. Et hee
sunt species alie in quibus egritudines di
viduntur quarum crisis venit post dies
.xx. et istis etiam egritudinibus est latitudo
multa. Et verum est quod ut ponatur que ex
eis extenduntur usque ad diem .xl. individ
porne una singularis fiat cuius species alia
et illa que consumuntur in anno species alia et
illa quarum crisis venit in multo annorum et non in
multo mensium species alia. Et propter hoc ego sum
dicens in sermone hoc illud quod de consuetudine
mea est ut dicam semper et illud quod convenit et
ut redeat ad hoc totum. et ponas studium in
cognitione hore in qua solvitur egritudo
inter est quod tu invenies. Prima species e
gritudinum et est illa quam de consuetudine
sua est nominare laniositatem. Pone tamen
scilicet quod crisis eius et ruptura eius et quibusdam
hominibus diem .xx. et in quibusdam hominibus
diem .xxxiiii. et in quibusdam eorum diem .xl.
aut diem .lx. et propter hoc ego sum dimittens
rememorationem prudentie eius in ponere nomi
num unicuique harum specierum et converto
studium meum ad scientiam pronosticationis
de die in qua rumpitur unaquaque harum
specierum laniositatis. ¶ Et illius quod invenio
est propter duas vias et sunt experimentum et ra
tiocinatio. per experimentum est eum comprehendere
continuus prius interceptum unius speciei aut
duarum ex speciebus laniositatis. Ratiocinatio
autem significat tibi ipsam laniositatem et causam
facientem ipsam et res adiuvantes ad ipsam.
Quando autem videris quasdam species laniositatis
rumpi in die .xl. et inveneris eventum
eius ex humore fuisse temperato in frigidi
tate. in hora temporis in frigore. et inve
neris etatem infirmi et regionem et na
turam corporis et membrorum infirmitatum declinantia contempera
ta frigore deinde videris aliam rumpi
in die .lx. et inveneris complexionem eorum que
narravi declinare ad frigus. et videris a
liam rumpi in die .xx. et complexionem omnium eorum
que commemoravi rememorationem de calore et
caliditate in eo potius vel significare rup

turam reliquarum specierum laniositatis cum posueris
tuam inventionem illius quod posuisti vel comprehen
disti per experimentum et comparaveris reliquas species
laniositatis ad istas quas diximus. scilicet caliditatem
humorum moventium et frigus eorum et causam mutantem eos
et est caliditas innata et reliqua res iuvantes ad illud.
Et fit hora presens et regio et dispositio aeris. ¶ Esti
matio autem quantitatis virtutis est efficacius
illud quod sumitur ex etate infirmi et natura corporis eius
propria et in membris in quo accidit laniositas et ex signi
ficationibus significantibus super debilitatem virtutis
que est in venis pulsatilibus et fortitudinem eius.
Nam apud quem non est cognitio harum rerum et con
atur comprehendere scientiam omnium dispositionum specierum la
niositatis et experimento et consideratione indiget
in illa hora annorum. Qui autem considerat equ
itatem caliditatis innate et comparatione eius
in humoribus qui indiget quod comprehendat
illud adeius inquisitionem invenit faciliori
peritione et propinquiore via. Et hic quidem est dispositio
eius cuius est possibile estimare res accidentes ex rebus
manifestis vel apparentibus. Et est ille cui possibile est
ut extimet in qua aliqua specierum laniositatis que
rumpitur in die .xx. et in die .xxxiiii. et sic hanc
similitudinem in rebus aliis. ¶ Et non est
necesse michi dare in egritudinibus eam oportet
ut nomine convenientia aut cognita. discret
enim ipsius et illius declaratio non est nisi de comparatione me
vel medicorum quorum initium est ad ipsam operationem
medicine tantum. Sed comparatio sophistarum horum stu
dium est intentum vanitatibus et propter hanc causam invenimus
eos in illis inquisitionibus sedere super sedes altas
et loquuntur cum discipulis suis locutionem mul
tam valde. Verum ignorantia eorum de cognitione
crisis et cuius aptitudinis est ut accidat infirmo est
plusquam ignorantia eorum de quantitate altitudinis
montis. ¶ Et ex eis sunt quidam alii quorum
dispositio est contraria huic dispositioni. scilicet illis quibus est in
telligere egritudines et pronosticationes de
eo quod futurum est non est possibile eis respondere de quo
nominationibus. Et propter hanc causam puduit de qui
busdam eorum ex sunt sophiste et medici post ser
monem. Qui est. quod ipsi nominant hanc speciem medi
corum ex hoc nomine. et quod invenit aliquam legentem
in libro aut vel ratione in expositione rerum quibus fit
iuvamentum estimatur de eo quia est ex
methicis lectionis. aut locutionis.

Et quando fuerit in capite do
lores vehementes assidui cum
febre et fuerit cum illo aliquod signum le
norum mortis. tunc illud erit mor
tale. ¶ Et si fuerint dolores ab
sque illis signis et permanserit dolor
in die .xx. et febris fuerit insepa
rabilis. tunc oportebit ut expectetur
fluxus sanguinis a naribus aut alia

et excitatis in ptib; inferiorib; corpis. Sed dum pmanz dolor retens oportet expectet fluxu sanguis a narib; aut saniositas. et propriie qn dolores non fuerint nisi versus tympora et fronte.

G Ypocras in hoc sermone exposuit rem innuatiuam ualde ex reb; quas necesse est fi in ppositione. Veruntamen illud est absq ordine. sed cuius ordinatio cito erit sz hunc modu. Et cu fuerit in capite dolores uehementes afflictui cum febrib; si fuerit signu mortis aliqd cu eo tunc illi erit mors ualde. et spatiu existis rebus q euacuet infirmus te expecta illi fluxu sanguis a pa die usq ad .vij. Qd si tu extenderis tunc expecta etia illud. et expecta etia saniem. que currit ex narib; uel ex aurib; quib; fit euacuatio infirmi. Et si pmanent isti dolores qui sunt in capite usq in diem .xx. tc etiam expecta fluxu sanguis de narib; veruptn illud no est nisi raro. Egressio aut saniei ex narib; aut exitus eius in ptib; inferiorib; accidit multotiens in illa hora. qn tu expectas aduenire fluxu sanguis ex naribus tunc adveniet in spe tua ad id dolores accidentes in tympora et frontes.

Et melius quidez est ut expectetur euacuatio sanguis ei cuius est etas infra .xxxv. annos. Cui aut est maioris etatis qua iste. expecta isti saniositatem.

G Ypocras in sermone isto posuit terminu spei ppe adfluxum sanguis ex etate et cu insita manifesta e qua ia multotiens dixi. et e q generatio sanguis in hac etate usquequo pfic .xxxv. annos est multa et est cu illo in hac etate calidior et colera sup ipm est magis uicens. Et ego qdem ia dixi mens que pmissa sunt q sanguis cui dicitur e h. dicitur est conueniens ad hoc ut faciat accidere fluxum sanguis narium.

Dolor aut aurium acut cu febre assidua forti est significatio mala. Qd e. q no fit securitas sup hnte ipm quin pmisceatur ei ratio et moriatur. Cum g hec sit hns timore uehemente tunc opor ut consideres ratione tua reliqu signa oia a pa die.

G Iuniis aut accidit apparentibus que ostenduntur ex aure no inuenimus unqua accide dolore uehemente nisi acci deret et accidet in timor qm hoc membrum no est ex membris nobilib; ri; continuatur etia cu membro nobili. Veruptn sermo .y. no est in hoc membro. immo de consuetudine cuius est sicut multoz medicoz aliorum ut significet p sermone suu dolor auris sensum doloris intra foramn auris. Qd e q tc est egritudo inferius in quib; fit auditus. et n est locus eius longinquus a cerebro. Et pp hanc cam opor ut peat an accidit dolor uehemens in aure illa qm cerebru comunicat nervus in egritudine. Et pp hanc cam accidit ei an aduenit egritudo pmixtio rationis. Et moriuntur etia qdam ex eis quib; accidit subito illud sic ille cui accidit apoplexia. qm faciens egritudinem auris et pp multitudinem eius que puenit subito ad cerebru. Et moriuntur qui ex hoib; fuerint iuuenes in .vij. dieb; ex hac egritudine et uelocius illo. Senes uero tardius illo multum. Qd e. q febris et pmixtio mentis adueniunt ei minus et aures eoru fiunt et saniose fiunt pp hanc cam. Veruntamen cum etatib; reditiones egritudinis qm ueniunt in iuuentute plures inicium eius. Iuuenes aut antequa eorum aures fiant saniose moriuntur. Qd e. q si currit sanies ex aurib; eoru tunc sepatur iuuenib; salus si appareat in eo aliqd signum laudabile.

In iuuenib; quidem accidit febris et mentis pmixtio plus quam in senib; sup complexionez eorum e colera et caliditas. Et pp id opor ut antecedat pmixtio eorum antequam fundantur aures eorum et saniose fiant.

G Sup senes aut est timor sup utraq res minus. Veruntamen egritudo ueniens sup eos qm humor faciens dolorem no recipit inicis digestione complementu pp frigiditatem uincens sup complexione eorum. Reliqua que dixit in sermone suo sunt plana et manifesta.

G Uttur in quo accidit ulcus cu febre e signum malum. Qd si appareat e eo signu a ex eis q narrate st in eis q pmissa sunt qz sint male tunc opor ut peccatus et iudices q infirmus est cum dispositione habente timorem.

Galienus. Ulcus autem accidens in gutture est signum quod in corpore est humor malus corrosivus, et est cum illo cum egritudinis maligne quando coniunctio fit cum dolore vehementi. Et oportet ut consideres reliquas significationes in certitudine pronosticationis in eo quod futurum est et fit. Hoc preceptum a principio tractatus ad omnibus signis et pene in illis que interfuit in multis locis, nisi in ultimo in illa et illa cum quibus est de consuetudine ypocratis precepit tibi reliquis signis.

Squinantia est deterior et magis mortifera cum velocitate in qua non apparet in gutture nec in cervice aliquid manifestum. et est in ea vehementior dolor, et propter strictionem anhelitus, id est orthomia. In illa squinantia cuius dispositio est hec provocatur in die primo aut secundo aut tertio aut quarto.

Galienus. Quam autem manifestum est ex ostensione apparentie ex sermone eius, scilicet quod deterior specierum squinantie est ex qua non apparet in gutture nec in cervice aliquid preter naturam, neque in colore neque in eminentia neque in inflatione que significantur per gutturis locum qui est circa ... et epiglotum. Et hoc est quod significatur per cervicem colli. Sed per gutturis vult spatium quod ostenditur post per linguam quando aperitur os et premitur lingua deorsum ad inferiora. Et in hoc spatio sunt duo meatus quorum unus est meri et alter est epiglotus. Cum ergo non ostendit in aliquo horum duorum meatuum aliquid extra naturam, tunc scias quod apostema est in membris que sunt inter epiglotum vel in fine ab epigloto. Et illud est cuius causa provocantur. Et hoc est quod meatus anhelitus est strictus. Cum ergo accidit ut claudatur penitus propter apostema illorum membrorum, necesse est ut provocetur infirmus, et propter hoc cogitur quando vult anhelare et erigere cervicem suam ut meatus epigloti aperiatur saltem parum. Et hoc est quod decubitus super collum claudit epiglotum penitus quando membra que sunt ab anterioribus cadunt super illa que sunt retro versus spondiles cervicis. Oportet ergo propter hanc causam et propter apostema cutim quod est in lacertis epigloti ut accidat dolor.

Squinantia autem in qua fiunt dolores secundum hanc similitudinem sed accidunt cum ea apostema et rubedo in gutture sed est mortifera valde sed tardior ea que est dicta ante ipsam.

Galienus. Ypocras in hoc sermone dicit speciem aliam ex speciebus squinantie ex qua fit locus qui est in gutture apostematus rubificatus et sunt dolores similes eis qui sunt in specie prima. Verumtamen strictio anhelitus, id est orthomia, non est in ea similis sibi in virtute, id est difficultas anhelitus non est in ea prava vehemens quando lacerti epigloti non apostemantur cum ea apostemate vehementi. Manifestum ergo dixit in hac specie quod est mortifera sed illud est tardius quam species quam diximus ante ipsam.

Squinantia autem cum qua rubent guttur et cervix est tardioris spatii. et forte salvantur circa habentes eam quando est in cervice et pectore rubedo et non submergitur rubedo ad interiora.

Galienus. Exponit in hac sermone speciem tertiam ex speciebus squinantie, et nomen eius apud medicos diversificatur. Quidam enim nominant eam nomine alio, et quidam nomine alio. Verumtamen quod dico multotiens in veritate est, id est fecisse illud. Et hoc est quod non nititur prolongationem in nominibus et nominant egritudinem secundum quod preparatur ei quando quam super intentionem est convenientia in re quesita contrarietas in nominibus intentionem non habet. Convenientia in hac intentione invenitur apud eum qui habet cognitionem operationis medicine. Et hoc est quod deterior specierum squinantie est ex cuius vehementia provenitur adhuc ut cogatur infirmus in ea ad strictionem et in qua fiunt dolores vehementes et non apparent in ea in gutture nec in cervice aliquid ex accidentibus, et sunt minoris malitie quam iste species sunt ille cum quibus anhelitus non fit difficilis sed dolores sunt vehementes, nec fit difficultas anhelitus cum ea. In illa autem squinantia cuius dispositio est hec dispositio epiglotus est incolumis ab egritudine et non aggregatur sanies in ea nisi in gutture aut in cervice aut utroque simul. et vincens super hanc saniem est ut plurimum colera. Et propter illud non fit in eo apostema ex permixtione ex colera et sanguine. Et propter hoc dixit Ypocras, id est non profundatur rubedo ad interiora, quando qui accedunt in illis apostemata in nolle flavum est sanitas illius facit velox et non est illa egritudo acuta. Reliqua autem que sunt in hoc sermone sunt mortifera.

Quod si fuerit occultatio rubedinis non in aliquo dierum creticis nec apud creticam que coagulantur in exterioribus corporis neque quando exp

(left margin, beside the last line of the first column:) i. fini cibus

uit infirmus cum tussi saniem faci le et uideris infirmum iam quasi quieuisse dolorem significat illud mortem aut reditionem egritudinis.

G. Re in malicia egritudinis si occultatur apostema ut [illegible] de quorum uno fuerit. Nam utraque sibi inueniuntur in descriptionibus preter quod exspuat infirmus saniem cum facilitate aut coaguletur in tertio tribus guttis exitum que egrediatur manifesta est apparens. In sermone autem hic non in aliquo dierum crisis est scrutatio et inquisitio an oporteat ut intelligatur ex eo apostema. Si occultatur in aliquo dierum crisis non accidit infirmo nisi res mala. Quidam enim exposuerunt eam secundum hanc intentionem an oporteat ut addatur illud ad id quod est post ipsum ita quod .y. uoluit ut si accidat in aliquo dierum crisis ut exspuat fiat aliqua fiducia non certa. Et est uirtus quod permutatio egritudinis ad maliciam est ut redeat rubedo ad interiora et non resoluatur apostema. Et si fuerit in aliquo dierum crisis non solum erit non laudabile sed erit malum ualde. Quod est quia malitia peruersitatem eius quod indicat dies certificat et festinat. Quod si fuerit productio sputi cum euentu exitus in manifesto corporis facile occultum apostema et rubedo tunc non expectetur mors infirmi.

Et melius quidem est ut rubedo sit declinis ad exteriora et sint reliqua exitum declinioris ad illud quod uidetur.

G. Iste sermo qui est post ipsum est manifestus apud eum qui est memor eius quod precessit de sermone meo.

Res autem in incisione uue et in perforatione eius timorosa dum permaneat rubea magna. Quia est quod sequitur illud apostema et fluxus sanguinis. Veruntamen oportet ut in illa detumescat pre reliquis igenia. Cum ergo euacuatur illud quod dicitur de uua et sit extremitas uue macra et grossior et declinior ad pallididatem et fit quod est eius superius subtilius tunc in illa hora confidit melius de curatione uue. Et melius quidem est ut conetis curationem eius postquam euacuauis humorem cum tuuit spatium temporis conueniens et non timueris infirmo ut procedatur.

G. Indicauit .y. cum hac scientia scientia prognosticationis scientiam curationis quoniam non est possibile adiscere prognosticationem per uirtutem et fiduciam absque scientia curationis. Nam si incideris uuam apostematam apostemate calido aut aperueris illam uel perforaueris eam sequitur illud fluxus sanguinis et apostema calida. Cum ergo euacuetur totum illud .s. quod dicitur uua tunc incide eam et proprie si descenderit nimis cum multitudine aut exsiccatur aut studio medica.

A quo autem quiescit febris preter quod appareat in eo significantia consumptionis egritudinis neque est quies febris eius in aliquo dierum crisis oportet ut expectetur reduuatio egritudinis sine ipsis.

G. Non oportet ut expectetur reduuatio egritudinis si quando apparet unum signorum que diximus si quando apparent ambo similiter. Quod est quoniam egritudines que quiescunt absque causa facientes illud de aptitudine earum est ut redeant quamuis sit quies illarum in aliquo dierum crisis. Et manifestum est quod nos significamus per sermonem istum illas que quiescunt absque causa faciente illa. Illue que quiescunt preter quod appareant in eis significationes significantes euasionem in diebus crisis.

Et cum permaneat febris eius et est cum ipsa salua et non est cum eo dolor ex labore prius neque causa alia manifesta oportet ut expectetur ei exitura cum apostemate et dolore in iuncturis. et proprie in inferioribus.

G. Iam narrauit .y. in hoc loco ultra totum quod ipse dixit in eis que premissa sunt ex sermone suo ex egritudinibus in acutis et ex sermone suo in egritudinibus pectoris et pulmonis. Quod est quoniam longitudinis febris cum sit tres. Quarum una est membri in quo est egritudo cuius emanatio est difficilis. Et hic est in maioribus [illegible]

al malitia

omnium qui non digeruntur. Et tertia est error accidens tunc. Si enim accidat ut non sit ex membris aliquod infirmum, tunc error erit fortasse in mo ... super ... aut ex medico superposito, aut ex ministris, aut extrinsecus sicut error qui accidit ex hora presenti, vel ex regione vel dispositione aeris in quo est infirmus, et ex loco qui est malus, aut ex nocumento quo leditur a tedio aut tristicia. Et remanet cum longitudine durationis febris humores crudi difficilis digestionis. Et de consuetudine quidem nature est ut expellat hos humores a quibusdam membris ignobilibus, quando non est ei possibile evacuare illos. Multotiens enim iam dixi quod deppost partem humorum calidorum subtilium est in substantia sua ut fiat crisis eorum per evacuationem. Extrudis autem et grossis natura immodificat eorum aut per extremum accidentem in corpore aut per digestionem digerentem eos. Et hec pars quam nominamus digestionem est evacuatio materie antequam putrefiat ut plurimum aut per solam vertibilitatem raro.

Et oportet ut expectetur crisis cum pertranseat egritudo vicesimum diem.

Iam invenimus eum dixisse verum vicesimum diem in hiis que premissa sunt ex sermone suo in egritudinibus cronicis ut significaret quod non dixit de egritudine que est cronica donec perveniat ad diem vicesimum. Et ego quod iam enumeravi in eis que premissa sunt causam propter quam non est possibile ut eveniret secundum veritatem terminus acutarum egritudinum. Non est quoniam oportet in egritudinibus quod crisis earum veniat in xiiii. die, si rememoratur etiam diei xx. Quod est quod dicit in libro amphorismorum dicendo xiiii. dies et dies xx. ex parte sua egritudinum acutarum dicitur et xvii. Et amphorismus in quo dicitur est iste: Quarta eius indicatur vii. et principium septimane secunde est dies viii. Et indicativa quartedecime est dies xi. quoniam est quarta septimane secunde. Et dies xvii. iterum est dies indicatoria xx. quoniam est dies quartus a die xiiii. et dies vii. a die xi.

Et conveniens est ut fiant iste crisis in spatio temporis minore ei cuius etas est infra xxxv annos.

Multotiens iam dixi quod crises egritudinum que fiunt ab humoribus calidis et acutis quando virtus est fortis fit cum celeritate ventris et per contrarium illius crises egritudinum accidentium ab humoribus frigidis quando virtus est debilis non fit per excretionem, sed pervenit sermo secundum interficiunt infirmum, aut digeruntur in spatio temporis longi. Egritudinum autem media inter istas crises fit per excretiones et sunt ille in quibus invenitur similiter quoque horum duorum contrariorum que diximus. Et significavit per duo contraria eorum nominum que diximus et contrarium rei in virtutis. Et est quod invenitur in unaqueque rerum due res contrarie. Contrarium quidem earum in natura humorum quando sunt in eis humores cum humoribus calidis. Et contrarium quidem virtutis quando virtus in eis fortis et fuit in illis debilis. Et quando humores sunt calidi non possibile est ut virtus sit fortis quando de aptitudine crisis est ut accidat cum excretione que egreditur in corpore et quando sunt fortis est necessaria inventio excretione virtus fortis. Et significatio necessaria significantes debilitatem virtutum et earum fortitudinem assumptas proprie unicuique earum est que sumuntur ex operibus earum sicut iam diximus. Assumpte autem ex etate sunt ille que ceperunt in iuventute et senectute et sunt ille quas determinavit Ypocras in hoc sermone. Et conveniens est ut expediatur excretione cum maturitudine in spatio temporis minore ei cuius est etas infra xxxv annos. Cui autem est maioris etatis quam isti si non pervenit adhuc ad terminum senii eventus excretionum in eo est minus illo multum valde. Et facit nos rememorari verum in sermone suo isto eius quod dixit in principio sermonis sui. Et hoc est cum prolongatur febris et est cum dispositione salva et non habet lassitudinem ex dolore neque ex causa alia manifesta et reliqua que consecuntur istud.

Hic autem qui est maioris etatis quam illi eventus excretionum quando prolongatur febris est minus.

Istud necessarium est quoniam necesse est in eventu crisis per excretionem ut virtus habeat aliquid fortitudinis et non sit debilis multum. Et propter hanc causam oportet ut sit eventus excretionum quanto plus procedit homo in etate minus in eis. Aut quando in senio est non tamen parum accidit sed parum valde in ultimo. In hoc autem sermone non significavit per sermonem maioris etatis per quem illos dixerit pueros adolescentes sed illos qui sunt maioris etatis per comparationem iuvenum ex eis quibus supervenerunt xxx anni. Et ego quidem ostendi in eis que premissa sunt super primo amphorismo hoc nomine scilicet maioris etatis et ostenditur tibi illud nomen quam ostendi tibi in sequentibus.

Et oportet ut hic apostema expectetur quando febris est permanens et reperte permutatio febris ad quartanam quando facit interpolationem et redit non secundum eundem ordinem et fit illud circa horam propinquitatis autumpni.

G[alenus]. Iam dixi in libro meo in speciebus febrium
quod febris quartana generatur ab humore
melancolico. et dixi etiam quod generatio hu-
moris accidit secundum duos modos quorum unus est quod
a grosso sanguine qui assimilatur inueniis
fecis in uinii uasis. et modus secundus quando adhuri
a colera nigra. Et hec species scilicet est malignosa
a colera nigra integra corrodens membra
in quibus aggregatur. Sed species prima minoris est
malicie et fraudis et propter hoc quando non antiquatur
spatium eius in corpore et euertatur in eo caliditatis
superflue extra naturam. Et cum illud sit ita tunc
oportet quando inuenitur febris assidua que non
quiescit ita, interpolatur ut expectetur ei
cum prolongatur quod conuertatur ad exi-
tus quas dixi. Et quando inueneris eam in
terpolari quando inueneris illud accidere propter
in ea uerius consumptionem estatis tunc scias
quod esse eius conuertitur ad febrem quar-
tanam. Quod est quia humores bulliunt in estate
in febribus assiduis. quando fuerit colera nigra
extinguuntur eorum caliditas quadam extinctione
quare euadit infirmus propter illam causam ab acuti-
tate et propter hoc quando accidit ei humor. Veruntamen si non
perdit neque euacuat rem adustam ex humoribus
que est sicut fex si moratur in corpore redit
ideo et calescit et putrefit quoniam accidit ei illud
iterum ebullit ideo et inflatur. Cum ergo accidit
humor resoluitur cum eo res que iam bullierit
ex colera nigra. Cumque bullierit iterum res que
ante extra accidit posterius alius extra. Et
egritudo corporis non est egritudo una sed
egritudines multe quia colera nigra gene-
ratur in quibusdam membris et quiescit mo-
tus eius in quibusdam eorum et figitur et moratur
in quibusdam eorum aut putrefit oportet necessario
ut non sit paroxismus secundum ordinem. Cum ergo est quia
causa uel egritudo in omnibus uenit eam uic-
toria colere nigre accidit tunc quartana et
propter hoc si est hora anni tempus in quo mutatur
estas ad autumpnum ita ut prohibeat resolu-
tionem humorum et faciat eos redire ad pro-
fundum corporis. Cum ergo uenit yemps et
occurrerit corpori frigiditas dispositionis. addet in ea
etiam adiuuet ad declinationem humorum adi-
tericia corporis. Seruatur ergo super illum infi-
mitas usquequo adueniat tempus ab eius

Et sicut acci- | in quo peruertetur hora ad caliditatem.
dit ei ex tertiana cuius etas est eius
iuuenibus iuxta .xxx. annum. et
similiter accidat ei quartana cum
iam supplenerit .xl. annos. aut
est etatis maioris illo.

G[alenus]. Iam locutus fui sermonem longum in di-
uersitate etatum in alio libro et propter illud
sufficiat michi in hac hora rememorari
eius compendiose. Dico ergo quod sanguis
inuenitur in corporibus puerorum multum ualde

et si non esset permixtio in regimine esset humor
iste tamen in corporibus eorum multus ualde propter
illud quod exigit etas eorum. Veruntamen cum
ipsi comedant multum et in ordinate
oportet ut generetur in corporibus eorum etiam
humor qui nominatur crudus. Cumque per-
uenerint ad tempus adolescentie tunc ex
eis qui regunt regimine bono et quod facit id est uin-
centis in corpore eius sanguis tantum. et ex eis
est qui errat in regimine suo et permis-
cent plus quam permisceant pueri plures.
Et propter hoc inuenimus istos infirmari infir-
mitatibus continuis fortibus quoniam humores
crudi aggregantur in corporibus eorum propter ne-
cem multitudine. C[um] in etate autem
que sequitur hanc etatem aggregantur in ea in
corpore quod permiscet propter hoc et errat in regimine
humorum qui sunt de genere colere quare
uincit in corpore eius cum sanguine humor
qui nominatur colera citrina et rubea et
moratur illud in quibusdam hominibus usquequo
suppleuerint eis .xxx. anni. et in quibusdam
usquequo suppleuerint eis .xxxv. anni. Et nil
tamen quod hominum uniuscuiusque propter complexiones primas et propter
dispositiones diuersas ad quas permutatur corpus
propter accidentia que accidunt ei aut propter permutati-
onem consuetudinis in spatio medio inter duos
terminos quos dixi. Et propter hoc cum inuenimus .xxx.
forte dixisse. etas eius .xxx. sic fecit in hoc ser-
mone et forte dixisse etas eius .xxxv. Quod est
quia permutatio in unoquoque hominum cum sit di-
uersa non est possibile ut inueniatur omnibus eis secundum
ueritatem spatium unum quod sit eis commune. Et ego
non indigeo te adhuc ut faciam sermonem huic simi-
lem. Iam ergo dixi iterum cum incepi quod premissa sunt
ex sermone meo in diebus creticis. Nam si tu ser-
uaueris illud et adinueneris ipsum cum permissionis
rememoratione non erit tibi difficile inuenire
eam in eo quod narraui .v. in hoc sermone. Nam
sicut humores sunt hominum calefiunt calefactione
uehementi in estate ita ut bulliant. Ubi grauiter.
Et sic oritur ex illo ut generetur ab eis cole-
ra nigra et consumitur tempus autumpnus aggregatur
in corpore non permittitur ea resolui propter frigi-
ditatem neque euacuari facile. Similiter se habent res in
etatibus. Nam corpus quando permutatur de etate seg-
tis ad etatem perfectorum humoribus in estate uin-
centibus ita resolutio a colera nigra prohibe-
tur. Et etas illa colera resolui quare accidit ab
ea febris quartana in longitudine. Ille autem etas est
mundificationis sui corporis ab huiusmodi humore
spatio longuo. Et propter hanc causam fit quod que
egritudines complexionales multiplicantur in eta-
te que sequitur etatem statum. Veruntamen est
diuersificatur multitudine uel pauci-
tate et sic lepra in qua ereonatur cutis
et cancer et sanguisugues cerebro egrediuntur.

De esse autem tertianam oportet te
scire quod sunt in yeme plus et
earum quies est tardior. sed earum
tertiones sunt minus.

Ypocras in hoc loco fecit in [illegible] causas necessarias. Quarum unum est propter quod fuit in yeme plus. Et secundum est quod earum quies est tardior in hac hora [illegible] quod earum redditiones sunt minus. Et [illegible] autem in hac quod ipse in yeme plus fuit [illegible] in exterioribus [illegible] quod vincit in corporibus [illegible] eius que proprie sunt [illegible] quod excessus humorum calidorum fit [illegible] dolores. Et humorum quidem frigidorum excessus fit per [illegible]. Causa autem [illegible] quietis earum in yeme [illegible] quidem est ut propria natura [illegible] et frigus aeris [illegible] quoniam inflammatio [illegible] nature non est ut resolvatur humor et faciet ipsum paulatim [illegible] resolutio grossiorum humorum. Sed resolutio grossiorum humorum viscosorum est difficilis et propter [illegible] quod [illegible] est frigidus. Et propter hanc causam fuit earum redditiones minus quam egritudines que redeunt indigent motore qui moveat eas donec redeant. Sed humorum frigidorum motus est valde difficilis.

Qui autem conqueritur in febre non mortifera de dolore capitis aut videt coram oculis suis aliquid nigrum tunc si accidit ei dolor cum illo in ore stomachi sui accidet ei vomitus colere. Quod si advenerit cum illo rigor et fuerint partes inferiores ex eis que sunt sub ypocondriis eius frigide erit vomitus velocior ad ipsum. Quod si receperit aliquid ex illa hora ex cibo vel potu festinat ad eum magis vomitus.

Intentio y. in hoc sermone est ut loquatur de vomitu qui accidit sponte sine medicamento [illegible]. Et prima declaratio eius est [illegible] in qua accidit illud non sit mortifera. Et [illegible] quam nominat hanc egritudinem non [illegible] evacuatione ab ea. Et [illegible] est ut accidat infirmo dolor capitis et videat coram oculis suis res nigras. Et illud quidem accidit a vaporibus colere [illegible]. Sed humor quando calefit calefactione vehementi et aduritur generatur ex eo fumus niger et ascendunt ad caput et est ille [illegible] cum accidit dolor capitis. Et quod pervenit de hoc fumo ad oculos [illegible] eius claras [illegible] accidit in [illegible] simile quod accidit in aere claro [illegible] quando permiscetur in eo subito fumus niger et [illegible] ex eo res nigras. Cum ergo sentit illud spiritus visibilis qui a cerebro procedit in oculis sicut accidit in eo apud aggregationem aque in oculo ei accidit in [illegible] ut ymaginetur res nigras. Dolor autem in ore stomachi [illegible] ascendentes [illegible] significant [illegible] multitudine [illegible] et [illegible] stomachus est quod accidit cum istis dolor in ore stomachi. Quod est quod pulmo non sentit lesionem huius humoris propter parvitatem sui sensus [illegible] quoniam non est ei sensus [illegible]. Os autem stomachi quoniam est multum sensibile propter multitudinem nervorum descendentium ad ipsum non est possibile ut pereat aliquid ipsorum que sunt in ipso. uel aci Et propter hanc causam fit quod humor qui est de genere colere mordicat ipsum accidit in eo dolor qui dicitur dolor cordis. Et propter illud oportet etiam ut accidat eis vomitus colericus. Et significavit illud [illegible] abrupta quod convertitur cum pervenit dolor ad eos et accidunt ab eo omnes evacuationes quas [illegible] media que sunt de genere colere. Et significat ergo per sermonem suum scilicet quod convertitur motus eius quam movet vomitus, quod per sermonem suum cor vult intelligere os ventris. Et propter hoc nominant mordicationem in eo accidentem dolorem [illegible] stomachi vel cordis. Et narravit iterum y. in hoc loco alio significationem aliam significantem vomitum in istis et est saltus labii inferioris et motus eius. Quod est quod tunica interior stomachi quando in ea accidit mordicatio propter coleram movetur huius motu. Et nos [illegible] intellexerimus [illegible] continuitatem tunice interioris stomachi [illegible] et tegit [illegible] lingua et guttur [illegible] os et omnes partes huius tunice sunt continue. Et cum tunica movet labium quando accidit in ea mordicatio [illegible] colere [illegible] in ore stomachi. Quod est quod de aptitudine huius humoris est ut natet super os stomachi propter levitatem suam. Et quando ascendit ad os stomachi evacuatio venit eius ex colera et erit vomitus cum facilitate. Et si accidit infirmo in illa hora rigor et frigus non solum [illegible] vomitus sed accidit cum [illegible] multitudine. Causa de aptitudine rigoris est secundum plurimum ut faciat accidere vomitum colere sicut ostendi in sermone meo in rigore. Et si sumat aliquid in illa hora ex cibo et potu [illegible] ei evacuatio vomitus valde quoniam colera retenta in stomacho corrumpit illud quod suscipit.

Et in quo istorum incipit dolor ab ipso primo die tunc dignum est ut fortius fiat in die iiii aut quinto. et cum fuerit in vii delet ab eo. Secundum plurimum vero incipit dolor in die tertio. et fit fortius in eis preter in die v et evadunt in die ix aut xi. Et ex eis sunt in quibus incipit dolor in die v. et cum fuerint relique dispositiones eorum secundum dispositiones

eorum qui precedunt illos. deinde consumitur egritudo eorum in die .xiiij.

G. Declaravit .G. in hoc sermone quod species ex speciebus doloris capitis accidentis in hoc statu tres et minus est illa eorum. species ergo prima incipit die primo eventus egritudinis. Et species secunda incipit die tertia. Et species tertia incipit in die quinta. Quarta vero consistit eius omnibus est quod crisis venit in ea propter diem .vij. ab hora in qua incepit dolor. et propter hoc doloris qui incipit in die primo venit crisis in die .vij. Sed illius qui incipit in tertio die veniat crisis in .x°. et est .vij. ab illo die. Veruntamen hic dies cum non sit dies crisis oportet ut veniat crisis in die .x. aut in die .xj. ante diem .xij. aut post ipsum per diem. Et sunt etiam sua autem in hoc loco quod dies nonus numeratur in diebus crisis sicut dies quartus sicut ostendi in eis que premissa sunt cum non est de aptitudine egritudinis ut veniat crisis eius in quarto neque in septimo sed in diebus mediis inter eos sicut ostendi in libro de diebus crisis. Species autem tertia ex speciebus doloris capitis etiam est illa que incipit in die .v°. et extenditur usque ad diem .xvij. quoniam caliditas febris non habet fortitudinem et significatio illius est tarditas eventus doloris usque in die .x. Et quoniam cum additur super illud .vij. dies aggregantur ex illo toto .xvij. dies. Veruntamen dies .xvij. non est dies crisis nec est possibile in hac crisi ut antecedat per diem quoniam ostendi quod illud est propter egritudinem quarum motus est acutus et propter hoc necesse est ut tardet crisis usque ad diem .xiiij.

Et iste tres sunt viris et mulieribus in febribus tertianis precipue in eis qui sunt minoris etatis quam illi. accidunt enim ille res in febribus illis. Veruntamen eventus earum in febribus que sunt diuturniores plus est quam in febribus tertianis puris.

G. De aptitudine harum rerum est ut accidat eis qui completi sunt in etate sua. Et sunt illi quos de consuetudine non est novare viros et mulieres in omnibus febribus tertianis quoniam colera in hac etate est vincens in corpore victoria vehementi. Illis autem quorum etas est minor hac etate non accidit illud in omnibus febribus tertianis sed in puerus earum tantum. quoniam colera in natura harum febrium vincit valde et accidit illud earum in egritudinibus valde acutis. Quoniam colera in istis egritudinibus vincit victoria superflua et propter hoc in illis qui sunt in statu iuventutis. Et non dimisit dicere illud nisi quia possibile est nobis intelligere illud ex sermone priore.

Cum autem in his febribus evenit dolor capitis et advenit ei in oculis suis loco nigredinis quam videt eius caligo. aut videt coram oculis suis scintillationes et coruscationes et advenit ei loco doloris alsecud tensio in eis que sunt sub ypocondriis a latere dextro aut sinistro absque dolore neque inflatione expecta illi fluxum sanguinis a naribus loco vomitus. et expecta precipue in hoc loco ei qui est minoris etatis eruptionem sanguinis. Qui autem iam consecutus est .xxx. annos et qui est maioris etatis eo sit expectatio tua ei de eruptione sanguinis minus. Sed oportet ut expectes eis vomitum.

G. Significavit per sermonem suum in his febribus febrem quam significavit in principio sermonis sui primi hac dictione .s. qui autem conqueritur in febre non mortifera de dolore capitis et rebus que sequuntur .i. et illa est que postquam narravit rem eandem in hiis duabus febribus simul. dixit quod convenit eis utrisque quod crisis venit in eis utrisque per evacuationem. deinde addidit ad illud quod proprium unicuique earum quarum posuit crisim per evacuationem in se. scilicet cum fluxu sanguinis a naribus et significationes significantes illud. Et in febribus quidem prima sunt ymaginatio rei nigre et dolor alsecud. Et in secunda propter tenebrositas visus et coruscatio que videtur coram oculo. et tensio accidens eis que sunt sub ypocondriis absque inflammatione. Et iste significationes significant significatione maxima declinationem humoris ad caput et propter eiusdem dixit in eis que premissa sunt quod fluxus sanguinis narium accidit aut accidentibus apostematibus calidis accidentium in eis que sunt sub ypocondriis precipue in eo qui est minoris etatis propter similitudines eius in

corporis illius de sanguine. Et adduxit vero in sermone suo isto ad rememorationem nominis coli, quod illud accidit in iuvenibus. Permutatam autem prius libri epidimiarum dixi in eo de aptitudine cuius est ut accidat ei fluxus sanguinis narium quod accidit ei et quod in oculis eius lacrimentur. Quod si aggregaveris illud totum et adiunxeris ad illud id quod dictum est in libris aliis, poteris percipere et iudicare in omnibus horis fluxum sanguinis narium quod accidet et propter hoc ostenditur cum isto ostensione manifesta signum evacuationis supra expositum. Haec enim significatio precedit eventum fluxus sanguinis narium procul dubio.

Pueris autem accidit spasmus quando febris eorum est acuta et venter eorum non fuerit solutus et fuerint vigilantes et expavescunt et plorant et convertuntur colores eorum et perveniunt ad viriditatem aut ad rubedinem aut ad fuscedinem i. pallorem. Et facilius quidem fiunt iste res pueris qui sunt in multo parvitatis usque quo perveniant ad .vii. annos. Pueris vero qui sunt maioris etatis istis et viris non accidit in febribus eorum spasmus nisi quando supervenit ei ex signis aliud ex eo quod est in fine malitie sicut signes que accidunt in frenesi.

G. Non est sermo eius in spasmo accidente in aliquo membro sed in spasmo accidente in toto corpore. Et eventus huius speciei spasmi accidit facile pueris et proprie lactantibus ex eis. Et cum in illo est lac et proprie quod est grossum. Et plurimum quidem accidit eis illud propter cibos multos quos susceperunt in hora nonesta. Quod est quia ipsi non intelligunt aliquam ex rebus nisi comestionem. Et ex eis est que adiuvat est debilitas virtutis nervorum et ipsius mollificatio. Et istud est quia virtutum quibus existit corporis regimen sunt tria. Et non inveniuntur in pueris nisi tamen due fortes. Virtus autem tertia que est in nervis invenitur in eis debilis mollificata mollificatione vehementiori quam relique virtutes. Et propter hoc cum eventus spasmi est in eis facilis valde.

uirtutis qui non est propter mordicationem tamen sed propter uigilias etiam. Deinde dixit et locorum etiam que sunt sub ypocondriis quod uidebitur ea significare ego sum narraturus in eis que sunt post. Significatum eo quod dixit quare oportet ut detur infirmo aqua prohibeatur cibo. possibile est enim ut intelligatur ... quod erigitur intentio huius sermonis. Quare est quod y. dixit post prohibitionem suam ab acceptione ptisane ordei donec maturetur egritudo. Et manifestum est quod illud est quod infirmi est tolerare id addidit deinde huic sermoni et dixit nisi appareat in intestinis signum significans prohibitionem et amissionem usus cibi. in stimulatione aut ostendatur ex esse locorum que sunt sub ypocondriis illud quod narrabo in eis que sunt post. Sumitur ergo ad hoc quod etiam prouocat ad dandum ptisanam ordei antequam maturetur egritudo. Dictum est ergo quod uult per sermonem suum istud illud. cum loca que sunt sub ypocondriis eius sunt exsiccata exsiccatione uehementi et acuta extenuata. Secundum ergo huic modum possibile est ut significet loca que sunt sub ypocondriis cum dixit esse sorbitionem cum modo qui significat mortem narratam in libro pronosticorum in quo dixit y. et est nasus con... cauus et oculi submersi et tempora depressa. Quare est quod cum aggregatione istorum signorum inueniuntur loca que sunt sub ypocondriis eorum depressa ualde ita ut credat uidens eorum qui non est exercitatus et estimet quod sunt circuata sursum. Secundo non est eorum locorum depressio nisi propter multitudinem siccitatis uiscerum et attractio eorum sursum propter apostema quod fit in eis aliquod. Quare est quod exsiccatione corporis perueniunt membra mensurarum que tenduntur diafragma tensione uehementi attrahuntur ad loca que sunt sub ypocondriis sursum apud hoc. Necesse est ergo tibi propterea ut consideres cum mente tua et discernas illud quod accidit propter siccitatem ab eo quod euenit propter apostema quod in medio eorum est differentia. Quare est quod cui accidit hoc accidens propter apostema indiget ut regatur regimine subtili. et cui accidit id propter siccitatem indiget ut regatur ipsum econtrario illius regiminis ut detur ei de aqua ordei quantitatem multam paulatim — de illo

Vigilie uehementes prohibent cibum et potum a digestione. Et similiter etiam permutatio ad partem aliam mollificat corpus et ponit ipsum sicut illud quod decoquitur et grauat caput.

Quam ... totiens inuenitur in eorum translatione in hoc libro quod inueni eum in codicillis otros et postquam mortuus est y. extractor ad hoc. et hoc est quod diuersitas modorum sermonum qui sunt in eo non est rectum ut cadat nisi propter hanc causam. et quod y. non firmauit illa exempla nisi postquam inuenit ea peruersificationem suam ad intentionem. Item in hoc libro quedam eorum

super margines eius et quedam eorum super dorsum ipsius et non fuit possibile scriptori primo ut poneret unumquodque illorum exemplorum in loco in quo oportuit ut poneretur. Iudex est quod quod dicit in hoc sermone cum premisimus rememorationem eius dicitur in non loco suo quod est quia locus eius non est iste locus sed post partem successionis sermonis in quo dixit. Ypocras: exempla imprimuntur ad contrarium subito quam consuetudinem. Oportet enim ut firmaretur iste sermo illis rebus scilicet quod permutatio a consuetudine adveniendi vigiliis plurimis et aliis et potius quia timuit a dormire. Verum permutatio a bono vigiliarum et dominantis replecionis somni a consuetudine facit accidere mollificationem corporis et gravitatem corporis capitis. Quare est quod rememoratio detractionis et mollificationis quam aggregavit in sua una significat illa sua causam [illegible]. Sed nomen detractionis solum significat causam lassitudinis que accidit propter humiditatem acutam non assuetam, quoniam de aptitudine vigiliarum est ut resolvat corpus et exsiccet ipsum. Et de aptitudine somni est ut digerat humiditates et loca intrinseca corporis et plurimet spiritum et quod currit in motu. Et propter hoc oportet ut multiplicetur in corpore illius qui dormit somno multo plusquam fuit consuetudo eius superfluitates vaporose quare fit corpus eius propter illam causam mollificatum sicut illud quod decoquitur.

Tertia particula.

Vinum dulce et vinosum et album et nigrum et ydromel et aqua secumabin oportet ut sit usus tuus in eis egritudinibus acutis post considerationem in istis rebus.

Galenus. Contrarium non invenitur Ypocras non ordinasse sermonem suum istum et in serie posuisse sermonem quod oportet sed invenitur dimisisse in eo rememorationem specierum vinorum. Quare est quod una res in qua diversificantur vina est color, secunda est sapor, tertia est substantia, quarta est odor, quinta est virtus. Diversitas ergo in colore ipsorum dividitur in album, nigrum, citrinum et rubeum clarum, et inter illa sunt species alie. Et sicut invenimus ea diversificari in colore, sic etiam invenimus ea diversificari in virtute. Diversitas autem inter ea in sapore diversificatur in ponticum et dulce. Et manifestum quidem est quod inter hec duo sunt species medie in quibus non vincit aliquis horum duorum saporum et composite ex istis duobus saporibus. Diversitas autem eorum in substantia dividitur in aquosum subtile et grossum valde et medium inter hec duo, et quod est medium inter medium et unumquodque duorum extremorum. Diversitas vero eorum in odore est quia aliud eorum est quod habet odorem bonum aromaticum delectabile, quod sentitur, et aliud eorum est quod habet odorem percipientem odoratum absque delectatione, et aliud eorum est cui penitus non est odor sicut est hec aqua. Diversitas autem eorum in virtute est quoniam ex eis est quod est debilis virtutis et ex eis est quod est medium in virtute sua inter id quod est in duabus extremitatibus. Et forte quidem ex vinis est quod calefacit corpus vehementer replens caput, et debile dicitur illud quod facit contrarium illius. Modo vero autem hec duo extrema intelliguntur ex determinatione mea qua determinavimus extrema. Et forte quidem ex vinis nominatur vinosum et debile nominatur aquosum. Quare est quod res que discernuntur inter vina quando videmus eam in uno vinorum forte valde nominamus illud vinum vinosum. Vinum autem cuius dispositio est contraria huic dispositioni nominatur aquosum sive sit in omnibus dispositionibus suis in colore et substantia et privatione odoris et paucitate calefactionis. Iste sunt differentie vinorum que sunt eis proprie. Quidam autem addunt inter illas differentias aliam secundum tempus quod preterit super unumquodque eorum. Quare est quod ex vinis est quod est antiquum et ex eis est quod est recens et ex eis est quod est medium inter hec duo. Et hoc quidem manifestum est quod iste dicit accidit vinis ex rebus extrinsecis accidentibus. Quare est quia acuitas vini et calefactio eius est accidens ei secundum quod preterit super ipsum de tempore cum mutetur cum eius colore, odore, virtute et substantia. Quasi istas enim putamus de tempore quod facit evenire vinis dispositiones quoniam si tempus non mutaret aliquid istorum non nominarentur vina aliqua antiqua et recentia. Verumtamen sermo eorum iterum non est adnectatur in eo quod proprium est vino. Sed ipsi cum hoc quod dixerunt annos significaverunt virtutes eorum. Quare est quia iuvamenta et nocumenta que faciunt vinum non sunt secundum quod preterit eis de tempore sed secundum diversitatem ipsorum in differentiis que sunt eis proprie. Et nos quidem diximus quod tempus quod preterit super ipsum non est secundum veritatem intentionem primam et ex eis diversitas etiam que per vinis fiunt quarum iuvamenta et nocumenta sunt extra naturam eorum et eis secundum viam accidentis. Ex ipsa quidem natura eorum fit dulcedo et stipticitas et similiter fortitudo et debilitas et subtilitas et grossitudo. Illa autem que sunt propter colorem et odorem secundum viam sunt accidentis. Vinum ex vinis est quod est aquosum et ex eis est album et ex eis est citrinum et ex eis est nigrum et ex eis est cui non est sapor sicut aqua et ex eis est boni odoris sicut res aromatice. Et quicquid invenimus sermonem istum novum invenimus in duabus descriptionibus simul ex quibus huic libro translationem [illegible] et est plenus errore et propter id fere est non intellectus. Oportet igitur quod michi vult ut intentionem ipsius et rectificem ipsum ut intelligatur et acquiratur ex eo intentio qua fuit iuvamentum sermonis eius. Et quoniam quod ex vinis est album cuius calefactio est parva propter id invenit ipsum et paucitate capitis parvum. Verumtamen quod ex

eius est citrinum quoniam est vehementioris caliditatis, sic quod ipsum percutit caput vehementius. Similiter autem invenimus per comparationem citrinum cum sit minoris caliditatis minus ledere caput. Si per comparationem albi quoniam ipsum est tardioris ascensionis invenerimus et minus utrique procacitatum, invenimus ipsum vehementius percutere caput. Secundum hunc ergo modum fit quod dixit que sunt vinis in colore faciunt iuvamenta vel nocumenta procacitatis. Ille autem que sunt in eis secundum odorem quoniam quedam eorum est boni odoris et est melioris ... et illud est multitudo qua implet ex eo caput. Ideo est quod est calidius et subtilius. Quod autem ex eis est nullius odoris secundum ... generatum ab eo erit paucitas lesionis eius in capite. Ideo est quod est frigidius et grossius. Illud autem cuius penitus non est odor non facit aliquid accidere in capite omnino quoniam est vehementer grossum. Galienus. Cum ergo iste sint due species vinorum quarum nominate sunt que sunt per naturas eorum et que secundum accidentis, tunc manifestum est tibi illud cuius rememorationem dimisit Ypocras de vino cum et preter ordinem et in hoc sermone cuius premisimus expositionem. Verumtamen cum invenimus Ypocratem rememorantem omnium dierum quibus fit iuvamentum in egritudine vinorum in eo quod scripsit huic sermoni ... et illud quod innuit et cuius dimisit rememorationem in hoc sermone.

Potus dulcis minus gravat caput quam vinosus et minus percutit mentem et plus evacuat intestina in quibusdam rebus quam potus vinosus. Veruntamen inflat viscera scilicet splenem et epar et non convenit habentibus coleram amaram. Ideo est quod facit eum sitire in eis quorum disposicio est hec sitim. Et est cum hoc iuvativus intestinis superioribus. Verum non est nocivus intestinis inferioribus secundum illud quod accidit de inflatione facta a potu dulci. Cum descensus eius non est velox sed tardat et moratur in locis que sunt sub ypocondriis.

Potus dulcis nominatur ex qualitate sua in sapore et vinosus est stipticus et acutus. Aquosi autem dimisit rememorationem quoniam ingreditur in stipticos quia in ipso est stipticitas pura. Ideo est quod quorum comparas saporem eius cuius disposicio est hec ex vinis cum aqua invenies quoniam ipsum comparas manifesta invenies quasi quantam receperit rem modicam de stipticitate. Aquosum autem ex potu nominant omnem potum qui assimilatur in colore suo et substantia sua aque. Ideo est quod hoc vinum videtur lucidum clarum quod penetrat. Et tamen subtile in substantia sua et virtus cuius disposicio est hec non exivit est propinqua aque quoniam non imprimit in caput debile omnino vestigium nisi in eo quod est extremitatis debile. Ideo est quod non calefacit manifeste. Et ego quidem ero dicens in hac specie vinorum in eis que sunt post. Potus autem dulcis nominatur hoc nomine ex sapore suo. Et differentia quidem inter ipsum et inter aquosum in colore suo et substantia sua est magna valde. Ideo est quod tu non invenies vinum dulce in aliqua hora subtile in multitudine substantie neque albi coloris. Verumtamen invenimus in hiis duobus ... et non invenimus in eo aliquod utrorum solum. Sed est quod vina dulcia ... sunt. Vinum nominatum ... et nominatum ... et ista duo vina sunt grossa quorum utrumque est nigrum. Et vina etiam que sunt in Macedonia, vinum nominatum ... et nominatum caradis sunt utraque dulcia. Et differentia quidem inter utraque in grossitudine et nigredine et inter hec vina cuius premisimus rememorationem est per quantitatem diminutionis eorum in dulcedine. Et vinum quod nominatur ... fit expressione uve postquam decoquitur ... additionis in dulcedine super vinum est quantitatem additionis caloris eius et grossitudinis in substantia sua. Et ego quidem iam ostendi in tractatu quarto libri mei de medicinis simplicibus quod omnis humor dulcis sit acuitate non egrediens ab equalitate ... sicut illa aqua fuit res ac... faciens in eis caliditatem vehementem. Acrimonia enim inseparabilis est ab eo cuius disposicio est hec. Et inveni iterum vinum dulce ... usum suum calefacere corpus calefactione temperata et facit sitim. Et causa in illo est caliditas eius et ipsius grossitudo. Inde est quod tu invenies expressionem uve additionem eius in grossitudine et nigredine in dulcedine per quantitatem tarditatis more eius super ignem. Nam si perduretur in decoctione sua equalitatem convertitur ad amaritudinem. Et similiter mel quod est dulcius omnibus rebus quando multiplicas decoctionem eius est amarum. Et ego quidem iam narravi sicut dixi ... librorum in tractatu et est quartus libri mei in medicinis simplicibus. Et ego quidem sum in credens hac hora quod sic inveni in reliquis expositionibus meis quibus exposui libros Ypocratis dimittens rememorationem ... super sermonem eius ... illius tamen. Dico ergo quod cum vinum dulce calefaciat et sit ut dixi grossum in substantia sua ... virtutes particulares que apparent ab eo quando bibitur non sunt nisi ... qualitatibus. Ideo est quod coloris ... non est virtus in iuvamento vel nocumento. Ergo per quantitatem grossitudinis huius vini est tarditas penetrationis eius. Oportet ergo ex illo ut non solum non aperiat oppilationes ... sed faciat in eis oppilationes. Et propter hoc causa sit nocumenti eius epati quoniam in ipso est infirmitas

216

nocumentum magnum et proprie si in eo est apostema aut lapidacitas et nocet huic membro etiam nocumento parvo quando oppilationes que sunt in eo accidunt ab humoribus crossis aut propter debilitatem in eo sicut illud quod fit super ipsum in infirmitatibus que nominantur proprie colores epatis. Deinde membrum secundum cui advenit nocumentum post epar ex vino dulci est splen. Renes autem non est ita in egritudinibus pulmonis quando est retentus in carnis que sunt in eo humor et offitus. Et causa est quia penetratio eius in epate est ex venis que dicuntur porta ampla ad venas strictas que sunt in latere eius concavo. Et que sunt in latere gibboso. Et in istis venis fit penetratio omnium eorum que penetrant ad totum corpus. In pulmone autem accidit contrarium illius. Et causa est quia pervenit ad carnem eius post penetrationem ipsius in venis multis et digestionem eius in eis. Et prima illorum spatiorum ad que pervenit ex carnibus pulmonis sunt spatia stricta deinde penetrat deinceps ad spatia ampla et penetrant cum eo in transitu suo illi humores grossi qui non solum sunt calidiores eo sed sunt subtiliores ipso. Et nos quidem scimus quod mundificatio pulmonis ab eo quod est in eo ex humoribus crossis fit per tussim. Causa est quia omnis res aquosa subtilis que in multo currunt in circuitu aeris extrinseci cum in tussi et effunditur ad exterius partes in qua incedit aer. Et cum eo aere extrinseco in tussi feruntur illi humores loco materiei. Et manifestum quidem est bene quod oportet ut sit crossitudo humorum cum mensura ut sit possibile aeri efferre illos et non sint sicut lutum quod firmum est et retinetur in carne pulmonis. Et propter hanc causam non invenimus tussim mundificare humores grossos viscosos qui sunt in pulmone. Et cum humores viscosi qui moventur in profundo pulmonis adherent illis carnis que sunt in eo sicut sputum et illud quo indigent medicine mundificantes humores crossos retentos in pulmone est ut sit dispositio huius temperata in grossitudine sua et sua subtilitate. In humoribus autem viscosis non solum necesse est incidere eos sed indigent cum abstersione. Abstersio autem fit rebus acetosis et propter hanc causam fit ydromel ex convenientioribus rebus secretationi rerum crossarum per sputum. Secanabin autem humorum viscosorum. Et secundum post ipsum ydromel et aqua ordei. Vinum autem dulce potius convenit post potum aque ordei. Et oportet ut sit potus eius cum post maturitatem apparatis in pulmone in egritudine que nominatur peripleumonia aut in pleuresi. Aut in hora gravitatis hora eorum et apostationis eorum quam post maturationem apostematis. Si autem hoc vinum quod bibitur fuerit tunc quantitas eius secretationis eius quod secretari necesse est per sputum est minor. Et utrum quid vinum dulce est in egritudinibus acutis conveniens adiuvandum illud quod necesse est secretari per sputum propter oppilationes eius quas narravimus. Et propter eorum omnibus virtutis scilicet confortatio virtutis. Hec autem res nota est proprie in eo qui vult se levare ... retentus in

vel aptionis

suo pectore et suo pulmone per sputum. Quod autem per sputum educitur fit dulcis in substantia sua et suo sapore et virtute sua. Sic dixit Y. in libro prognosticorum vel in eis in quibus narravit speciem eius quod expuitur. Et nos quidem invenimus in eo cuius est dispositio in vinis que bibit propter ut quod febrem habet iuvamentum aliud nisi hec iuvamenta. Verumtamen nocumentum eius quod bibitur est minus nocumento potus vinosi. Causa est quia vehementia caliditatis est eo et non est in eo suavitas per se lenificationis que narravimus nisi quod adiuvat ad evacuandum ventrem parum. Et propter hec invenimus Y. incepisse in principio sermonis sui narrare res quibus nocumenta ex potu huius vini sunt pluria que sunt plures. Deinde rediit post illud in fine sermonis sui et narrat iuvamenta que huic vino sunt propria cum sunt pauca. Narremus ergo primum quod ipse dixit et sequamur in illo vestigium sermonis eius narrando primum quod dixit.

hec

Et percussio eius qua percutit mentem est minor percussione vini fortis.

Significavit quod ipsum facit percussionem rationis minus. Et causa est quia fortitudo propter vehementiam sue caliditatis replet caput humoribus et vaporibus et calefacit ipsum. Propter diminutionem quantitatis caliditatis vini dulcis est paucitas quantitatis ex vaporibus eius sue gravat quia caput et percussionis sue qua percutit mentem. Verumtamen Y. dixit quod vehementius evacuat intestina quam reliqua vina et quod inflat viscera et addit in oppilatione eorum. Et ego quidem iam narravi res istas ante. Deinde Y. dixit post ipsum et non convenit vinum dulce habentibus coleram amaram, scilicet super quorum corpus cuius vincens est colera. De consuetudine quidem medicorum est ut intelligant per sermonem suum colera absolute coleram citrinam aut rubeam. In colera autem nigra non absolvunt sermonem suum et dicunt coleram tantum sed addunt ad illud nigram. Et colera quidem nigra est acetosa sed colera citrina est amara. Propter hanc ergo causam dixit Y. illos super quos vincens est colera habentes coleram amaram. Et quando permiscetur huic colere virtus aquosus inducit eam subtiliorem et vehementioris citrinitatis. Cum ergo non permiscetur ei aliquid inducit eam grossam rubedine clara. Et colera quidem generatur in corporibus quorum complexio est calida et sicca. Et convenientiores materie in generatione colere sunt res dulces et propter hec fit quod mel plus omnibus rebus generat coleram quando ipsum est dulcius omnibus rebus. Et secundum post ipsum vinum dulce. Et non solum non convenit ei qui habet febrem cuius est secundum dispositionem ex vinis quem cuius caliditas est vehementis amaritudinis humores proprie cum est complexio eius calida et sicca. Secundum ipsum etiam propter crossitudinem suam non provocatur cum urina velociter nec dissolvitur velociter

non

Oportet ergo ex illo ut non egrediantur cum exitu eius humores colere nigre et evacuet eos cum evacuatione sua. Iuvamentum ergo in eo non est nisi unum, scilicet quia ipsum solvit ventrem quoniam quando non facit illud nocet ei ex omnibus modis. Causa est quia cum reliquus quod sumitur in eo facit statim. Significat ergo illud dicens eo velocitatem alterationis eius ad coleram. ¶ Cum ergo est hoc vinum ipsum inflat. Causa est quia humores grossi quando calefiunt ventositatem generant similem eis vaporosam grossam et evenit inflationes ex hac ventositate. Cum autem nimis subtiles, non generatur ventositas. Et si generatur ab eis in aliqua horarum ventositas est subtilis aerea non caliginosa vaporosa. Verum intestinis inferioribus dicit y. quod vinum dulce non nocet, sed quia ventositas generata ab eo tarde penetrationis moratur tempore longiore in locis que sunt sub ypocondriis et propter hanc causam non nocet intestinis inferioribus lesione vehementi, scilicet propter longitudinem more sue in locis que sunt sub ypocondriis in eo usque quod digeritur, idest digestione completa subtiliatur et quando subtiliata est illa ventositas digestione sedatur generatio eius et est inflatio accidens ab eo subtilis et cum hoc propter quia expellitur ab intestinis superioribus ad intestina inferiora est via qua egreditur ventositas extra.

Quod est quia potus iste dulcis minus provocat urinam secundum plurimum quam potus vinosus albus.

Oportet ut inquiras et consideres quod vinum nominatur ab y. vinosum album. Causa est quia nos iam diximus in eis que premissa sunt quod potus vinosus non intelligitur hoc nomine nisi est vinum contrarium vinis aquosis. Oportet ergo ex hoc ut sit cathegoricus hoc vinum calefactivum forti valde et sit replens caput et faciat perturbationem rationis et addat in calefactione febris. Verumtamen illud cuius dispositio est hec ex vinis non est album non quidem est recens, nisi quando est vetus. Causa est quia tu non invenies ex reliquis vinis antiquis pure album, quamvis sit in principio suo esse album. Fit enim quanto plus antiquatur citrinum. Si vinum ergo est in fine suo fit citrinus color eius. Iste est ergo quod intellexit y. per sermonem suum post album vinum stipticum. Et nos quidem non invenimus vinum provocare urinam, et si est grossum tardatur mora eius in locis que sunt sub ypocondriis. Et si non est grossum non moratur ibi tempore longiore sicut vinum nigrum neque penetrat et egreditur cum urina sicut vinum album pauce stipticitatis. Causa est quia vina ista provocant urinam et cum in illo est salus propter duobus nocumentis, scilicet cum est tardus exitus aque et vini nigri. Aque enim tardatur exitus propter frigiditatem suam et vini nigri propter grossitudinem substantie. Causa est quia vinum stipticum est pauce caliditatis quando comparatur reliquis vinis. Et propter hoc fit quod potus eius confert diarrie. Verumptamen non provocat urinam provocatione vehementi. ¶ Dixit ergo quod y. dixit in hoc vino quod est minus provocativum urine cum comparatur ipsum vino nigro.

Et vinum dulce est magis iuvativum ad screandum quod screatur per sputum quam vinum album.

Per potum album intellexit y. aut potum qui comparatur potui dulci et laudatus in eo. Causa est quia iste potus minus est provocativus urine secundum plurimum quam potus vinosus albus. Aut intelligitur per sermonem suum quod potus albus non hunc tantum sed omne vinum in quo non est dulcedo absolute. Cum ergo acquiritur cognitio huius ex sermone suo et illo quo sit iuvamentum est ut sit sermo eius in potu vinoso albo. Addit ei et illa consultationem quando non declaratur ostensione manifesta quando vinosus est potus vinosus albus, an est vinum vehementis calefactionis aut vehementie ponticitatis quod nominant illi de nostra lingua ponticum et nominant vinosum quod est levius eo stipticum. Et propter quod vinosus est sermo eius ergo cum declarari veritatem eius ad id quod intendit. Dico ergo quod potus dulcis est magis iuvativus vinoso omnium ad screandum illud quod screatur per sputum quando non est vehementis grossitudinis. Et est propinquus potui citrino diminutus in grossitudine sua et sua dulcedine. Vinum autem citrinum est malum in eo quo indiget ille qui sit quando est calidum vehementis caliditatis. Vinum autem convenit ei quod necesse est excreari ex pulmone post vinum dulce quod non est vehementis grossitiei et dulcedinis et vinum aquosum cum contraxerit virtutem debilem et vehementer humores et incidat eos in excreatione sua et potus huius vini est minoris timoris in eo qui habet febrem quam potus aliquorum vinorum.

Quod autem facit evenire potus huius vini statim est quod ipse screat propter potum eius minus eo quod ipse screat per potum vini alterius. Sed cum statim evenire non facit illud quod ipse screat propter potum eius est plus eo quod screat per potum vini alterius.

Intelligit y. in hoc loco per sermonem suum statim aliud quam vinum quod non facit accidere statim. Causa est quia quod sit quod ex vinis facit accidere statim minus iuvativum ad screandum sputum facit tibi est intel-

sed est memor eius quod precessit de sermone meo. Quod est quia sicut mouetur inquietudini homo qui bibit uinum dulce quando cohortatur uentus quam habet cum agris acute malignitatis et malicie. et quando calidus febris est cum hac dispositione exsiccatur spiritus et ponit ipsum grossius et uehementioris uiscositatis. Et non est nobis necesse dicere quod illud cum dispositio est huius ex sputo est graue screare.

De potu autem uinoso albo iam narraui res maiores que iuuamenti meo et ut incipiatur et plures eorum sunt in sermone de uino dulci quoniam penetratio eius ad uesicam est uelocior multum quam alius potus et in ipsis est etiam aptio qua fit iuuamentum semper in istis egritudinibus in rebus aliis. Quod est quia quamuis fit in rebus aliis minus conueniens quam uinum aliud uerum secundum dispositionem quoniam mundificat corpus urinam uesice facit euacuare ab egritudine quando administratur secundum quod oportet. Quia iam bonum est cognoscere has significationes significantes iuuamenta uini et nocumenta eius quarum scientia non fuit ut eloquentiores me fuerunt.

Sed iam narraui esse huius uini in sermone meo de potu dulci. Quod est quia y. comparat ipsum ei et ingerit de uirtute eius in hoc tractatu. Dixi ei quod inquisitio de potu uinoso albo non est prima; quod est quia non est possibile ut uinum ex uinis albis ut calefaciat calefactione uehementi. Verum tamen cuius calefactio ex uinis est uehemens est color illius qui rubeus clarus. et secundum post ipsum est uinum quod nominatur citrinum. et tertium post hec duo est uinum rubeum. et potus dulcis est quartum. Vinum autem album est minoris calefactionis omnibus uinis. Et dixit particulares in hoc uino in paucitate et multitudine sue multe etc. Illius autem ex uinis cuius dispositio est hec dispositio iam dixi in eis que premissa sunt quod est uelocioris penetrationis ad uesicam quam potus dulcis. Sermonem

hunc autem sermonem dixit. y. quod conuenientia eius in rebus aliis est minor quam uini dulcis. Residue istius sunt generis solo. et exercitatur cuius quod screatur per sputum. Verum enim quamuis bonum est cognoscere has significationes uirtutes uini.

De eo autem uti uino citrino et nigro stiptico in istis egritudinibus est secundum rectitudinem quoniam non est in capite grauitas nec times quod ledat mentem nec sputi screatio est difficilis aut egestio subtilis humidi de genere alkamatim filiis loture intestinorum. Iam rectius quoniam aliquid harum rerum est ut diuersitas uini uino albo et omni quod simile est ei ex uinis.

Omne uinum dulce est nigrum secundo non conuertitur. Verum tamen inuenies in uinis nigrum quod est nigrum quod est stipticum sicut uinum quod inuenitur apud nos iam prope ciuitatem [illegible] in ciuitate que nominatur [illegible] et ciuitate que nominatur alias. Vina autem que fiunt in Kalbikel que nominantur a nationibus sunt stiptica dulcia que sunt stiptica composita ex duobus contrariis saporibus et propter hanc causam fit malum quoniam non penetrat in uesicam nec descendit ab eo uelociter. sed moratur in eo tempore longo et inflat ipsum. Per illud autem quod est nigri coloris ex uinis stipticum in quo non est dulcedo fit iuuamentum in quibusdam egritudinibus accidentibus in uentre quando descendit quod ad ipsum peruenit plus quam oportet aut est illud quod egeritur de genere alcoratati. tunc enim tu inuenies hoc uinum conueniens et similiter etiam uinum album et stipticum. Galienus et reliqui medicine conuenientiores. y. ei dicit in eo cuius dispositio est hec quod uinum citrinum et conuenit ei et non dixit illud absolute in omni uino citrino sed in eo quod est stipticum citrinum. Quod est quia oportet tibi ut intelligas sermonem eius super hec duo similiter sic dixit. Vino autem citrino stiptico nigro oportet uti in his infirmitatibus. Quod est quia uinum citrinum est ex duobus potibus et similiter nigrum quorum unum est uinum dulce et alterum uinum stipticum. et hoc quod est alterum uinum propter tertium preter hec duo compositum ex hiis duobus saporibus fuit. Verumtamen illud cuius est sapor [illegible] nominatur ex colore suo duobus modis. Vinum autem citrinum uehementius ledit caput et mentem quam est [illegible] nigro et propter hoc [illegible] fit. id est in febribus. Quod est quia conuenientiora in febribus uina sunt aquosa [illegible]. Ratio quare prohibet uti uinis stipticis. y. quorum color est citrinus aut niger quoniam in capite est grauitas et timetur nocumentum. scilicet quoniam feruor [illegible] mentem et ledit ipsam. Et in egritudinibus [illegible]

Scilicet de dulci potu et de stiptico. unum quod uinum citrinum est et dulce. Et nota quod prohibet uti esse [illegible] quod dicit superius scilicet quod omne uinum dulce est nigrum. Et est sciendum quod nulla est contradictio quia quando dicit quod omne uinum dulce est nigrum intelligendum est de illo uino quod est perfecte dulce. Vinum autem quod est diminute dulce potest esse alterius coloris ut citrinum et sic intelligendo nulla est contradictio.

que fuerit in pectore et pulmone quando inciderit grave educere sputum et dicimus quod illius est propter grossitudinem eius et propter suam stipticitatem.

Tamen necesse est ut scias quod nocumentum eius omnibus membris superioribus et membris que sequuntur vesicam est minus quam est per mixturam superflua mixtione. Corporibus autem intestinorum iuvamentum est plus quam purificationi pro pinquius existit.

Vero vino stiptico est quemadmodum in infirmitatibus accidentibus que narravit Ypocras. Tamen per illud fit quod iuvamentum eius est minus quando bibitur existens purum propter stipticitatem ipsius quia fit iuvamentum inde in loco eius. Et hec quidem stipticitas removetur ab eo quando miscetur cum aqua mixtione multa. Et sicut iuvamentum minus est propter stipticitatem que est in ipso quando bibitur existens purum. Similiter et nocumentum eius partibus pectoris et capitis est vehementius quando bibetur purum. Hec ergo sunt membra que significavit Ypocras per sermonem suum et dixit quod nocet omnibus membris superioribus et nocet corporibus que indigent evacuatione purgativa. Quare est quod vinum stipticum prohibet omnes has evacuationes et abscindit eas. Cum ergo abscindit Ypocras sermonem suum in vino stiptico in hoc loco secutus illud cum sermone in ydromelle. Et ipse quidem iam narravit in sermone suo totum quod necessarium est scire de esse vini nisi parum. Ipse autem dimisit rem unam quam non exposuit. Et hec est quod ego dixi in partibus sermonis mei scilicet quod convenientius ex vinis omnibus ei qui habet egritudinem acutam est vinum aquosum. Et hoc vinum est vinum cuius color est albus et substantia eius subtilis et non ostenditur in eo aliqua ex qualitatibus que inveniuntur in reliquis vinis. Non stipticitas neque ponticitas neque acuitas neque dulcedo neque amaritudo neque ventositas est ei. Quare est quod hoc vinum solum invenitur privatum nocumentis que proveniunt ex potu aque et omni malicia quam evenire faciunt reliqua. Et nos quidem invenimus hoc vinum in locis multis aut in regione quidem Ytalie aut in regione Asie. In regione autem Ytalie vinum quod nominatur [illegible] de quo in potu datur febricitanti. In regione Asie vinum quod nominatur [illegible] et vinum quod nominatur [illegible]. Et quia iam intellexisti significationem eius tibi facile est invenire vinorum subtilium aquosorum. Inde est quod ego inveni hoc vinum [illegible] et [illegible] et [illegible] et [illegible]. Et forte invenitur in aliis locis vina subtilia aquosa. Verum quando inveniuntur in multis locis hec vina que [illegible]. Et mirabilius illo est quod ego vidi in Egipto. Quare est quod vina grossa fortia

vehementis odoris in locis calidis. In regione autem Ytalie et regione [illegible] et regione Asie non est mirum si in eis sint vina aquosa multa. Oportet autem ut inquiramus et consideremus que causa fuit in dimissione Ypocratis ut loqueretur in hoc vino sermonem proprium [illegible] processit per quod ipsum sic. Vel quomodo [illegible] fit minoris nocumenti quam reliqua vina ei qui habet febrem. Quare est quod non est tibi possibile ut dicas quod Ypocras non fuit sciens hoc vinum quando tu invenies eum post paululum in sermone suo de ydromelle scripsisse hunc sermonem et est in quibusdam rebus fortius vino subtili pro tolerantia aquarum cui non est odor et in quibus dicit eum esse debilius. Et non dixit hunc sermonem nisi cum ipse comparavit ydromel vino subtili quod pro tolerat aquam cui non est odor. Narravit ergo significationes vini aquosi cum expositione et pulcritudine. Signum est enim quod postquam narravit eius potentiam vinosam et dixit quod ledit caput et percutit mentem visum est ei quod non sufficiebat in intellectu vini aquosi quando posset ei qui considerat velociter res multas exco[illegible] tantas eas.

Ydromel autem quando bibitur in omnibus horis infirmitatis in egritudinibus acutis et est convenientia eius secundum plurimum habentibus coleram amaram et quorum viscera sunt magna minus quam sit convenientia in eis que non sit ita.

Sermo eius in hora omnium infirmitatis significat quod sermo eius est in egritudinibus acutis in quibus dixit. Quare vita ordinatio pessima antequam consequatur egritudo statum suum inconveniens est. Similiter quando homo habet febrem acutam et non est in pectore eius et pulmone eius aliquis ex morbis et virtus eius est fortis. Et de aptitudine eius egritudinis est ut consequatur statum suum circa diem quintum tunc sufficit ut remaneat per potum ydromellis tantum. Tollet illud ydromel ergo in omnibus infirmitatis et conveniens valde in huiusmodi egritudinibus. Habentes coleram amaram iuvamentum eorum propter hoc est minus. Quare est quod convertitur in eis in coleram nisi antecedat et egrediatur aut ex intestinis aut ex vesica. Nam si antecedit et egreditur cum eo quod non nocet sit iuvamentum propter hoc iuvamento magno valde. Quare est quod egreditur cum exitu eius colera. Et Ypocras quidem significavit in hoc sermone cum eo quod dixit complexionem ydromellis. Quare est quod magis iuvativum est ut sit illud quod de eo bibit ille cuius dispositio vie est haec dispositio quod permixtum est commixtione vehementi donec fiat propinquius aque tunc enim non excitat sitim neque generat coleram. Et sic nocet coleram habentibus amaram sicut dixit in eo quod nocet eis quorum sunt viscera magna

et intelligit in hoc loco per uiscera magna non illud cuius uiscera sunt magna per naturam sed illud cuius uiscera sunt magnificata propter appostema lapideum necesse autem est appostemare mollificari ex appostemate calido. Quod est quod ydromel nocet istis. Quoniam non est possibile in eo ut [illegible] cedat et egrediatur a corporibus cum uelocitate sed conuertitur ad coleram et facile et proprie in appostematibus calidis et cum in illo est caliditas eius quoniam in appostematibus calidis egredientibus a natura eius est minoris nocumenti.

Ydromel autem secundum plurimum minus excitat sitim quam uinum dulce. Quod est quia mollificat pulmonem et adiuuat ad excreandum quod excreari necesse est cum sputo iuuamento equali et sedat tussim. Et cum in illo est quiddam ablutionis. sed hec quidem ablutio uiscosum facit sputum plusquam oportet.

Iam enumeraui in his que premissa sunt causam propter quam ydromel minus excitat sitim quam uinum dulce in locis in quibus ostendi quod ipsa ambo simul sunt dulcedinem suam propter conuersionem suam ad coleram. et quod ydromel secundum subtilitatem suam et penetrationem suam ad omnia loca est minus excitans sitim quoniam quod moratur in stomacho spatio longiori excitat etiam sitim non minus quam uinum dulce. Verumtamen hec accidit raro. Velocitas autem penetrationis eius a stomacho et intestinis et egressionis ad uesicam plus quam uini dulcis non solum non accidit raro sed est inuenta in ydromelle in omnibus horis. Propter hoc ergo fecit ydromel minus excitans sitim quam uinum dulce. Ypocras autem non loquitur in eo sicut dixi sed emittit hac intentione sermonem dubium. Sequitur ergo uirtutem ydromellis ex opere eius in pulmone. Quod est quia ipse dicit in ydromelle quod non faceret istas operationes si ipsum non penetraret in spatia que sunt in pulmone et abstergeret eum. Iuuamentum autem eius ad excreandum quod excreari necesse est de sputo non dixit sermone absoluto sed addidit in eo cum qualitate equali. scilicet secundum facilitatem et paruitatem. Quod est quia non potest adiuuare ad illud quod excreatur iuuamento magno sicut sectanabin. Et quod magis est sedatio [illegible] non est in sectanabin similiter. Quod est quia sectanabin excitat tussim quoniam mordicat et exasperat propter uehementiam sue abstersionis. In ydromelle autem et proprie quod ex eo est multe commixtionis abstersio est pauca ualde. Et nominatur illud cuius uirtus est hec uirtus lotium. Et non dixit in eo ypocras [illegible] quod in eo est quiddam ablutionis nisi propter hanc uirtutem

Et significauit paucitatem que est in ipso huius uirtutis per sermonem suum quiddam. Hoc est dicere quod dixit cum addidit ad quod adderetur significat paucitatem. Hec ergo ablutio pauca inuenta in ydromelle multotiens uiscosum efficit sputum ut quod illud in quo est hec uirtus sedat illud. scilicet propter paucitatem eius que est in ipso de illo. Quod est quia necessaria est in eo quod de sputo est grossum medicina uehementis abstersionis que possit abstergere humorem uiscosum qui iam tenetur in medio pulmonis. Et quando humor iste grossus est aggregatus in loco qui est inter pectus et pulmonem tunc fortasse necessaria est incrassatione eius plus multum medicina cuius uirtus in incisione et abstersione sit fortis ut abstergat illud humorem a spatio cauo tegente costas et in a[illegible] ipsum et sub [illegible] ipsum. Quod est quia non est possibile ut penetret iste humor in paruitate uelamenti pulmonis ita ut eueniat ad concauitatem eius nisi per hanc dispositionem. Ideo ergo breuiter ypocras in hoc quod addidit ad sermonem suum et cum in illo est quiddam ablutionis sermonem suum. Et hec ablutio uiscosum efficit sputum plusquam oportet. Quod est quia melius esset ut diceret hunc modum. Et cum in illo est quod in ydromelle est ablutio pauca que multotiens facit desiccare sputum et augmentat uiscositatem eius plusquam oportet. Quod est quia augmento uiscositatis sputi non est causa dispositio ydromellis hec dispositio. sed illud est res que propria est sputo. Quod ydromel [illegible] non sit in eo iuuamentum aliquod sed diminuitur ipsum remanet per naturam suam. Melius ergo fuit ut diceret quod ydromel non sit iuuamentum in sputo uiscoso aliquod nisi quod addit in uiscositate sputi. Sermo enim ypocratis in uiscositate sputi sermonatus est in ydromelle quod ponitur sputum cum hac dispositione. Et inquid huius [illegible] sermone hunc. Dixit Galienus in quo fuit error ypocratis. Diligentius uero de eo. tunc est quod tu inuenies eum paulatim post in expositione sua qua exponit sermonem ypocratis in quo discernit operationes ydromellis uehementis puritatis et operationes ydromellis multe commixtionis testificari in eo ydromelle quod quando est commixtio eius que est in ipso de melle multa excitat sitim et uiscositatem etiam [illegible] sputum. Et ego quidem faciam te testare super sermonem eius istum cum peruenero ad expositionem ergo sermo ypocratis in ydromelle. postquam dixit. et cum in illo est quod in illo est quiddam ablutionis et hec ablutio uiscosum efficit sputum plusquam oportet non rectus. Et manifestum est quod sermo iste non est sermo absolutus in omni ydromelle sed in eo quod ex eo est uehementis puritatis. Ita ut propter uehementiam caliditatis sue propter multitudinem eius quod est cum eo de melle exiccet sitim et sputum efficiat ipse uiscosum. Quod est quia ablutio. scilicet abstersio non fiat in ydromelle nisi propter mel et abstersio quod non fiat mellis nisi propter caliditatem eius. sicut in quantitate est abstersio. Propter illud dixit ypocras in uirtute ydromellis quod hec ablutio que est in ydromelle plusquam

oportet efficiat ut scotomiam sputi. Ideo quoniam abluit et abstergit. Et quoniam calefacit et inflammat. Sermo ergo iterum [illegible] non oportet ut reiteretur. Et dicatur etiam [illegible] in sermone suo et interpretetur etiam Galieni. Eam quam dixerimus dixerimus ut dispiciatur [illegible] post illud de Ypocrate non [illegible] nisi ab eo.

Ydromel etiam provocat urinam nisi prohibeat ab illo quedam viscera.

Gal. Iam autem dixi quod ydromel provocat urinam quoniam penetratio eius ab omnibus visceribus que sunt inter stomachum et renes est facilis. Et ostendi iterum quod quoniam in epate est egritudo non oportet ut bibat de ydromel. Et nocet autem spleni quoniam in eo est apostema calidum. Et causa est quia convertitur ex calido igneo que est in apostemate calido velociter ad coleram. Et dignum est etiam quod viscera delectentur ydromelle propter dulcedinem eius sicut stomachus. Quare provocat ea illud ad attrahendum ipsum cum velocitate et similiter etiam relique res dulces. Nam [illegible] est ut dicatur de eis sicut quod sunt delectabiles apud ipsum stomachum. Et sic etiam sunt delectabiles apud omnia viscera. Et de stomacho quidem apparet quoniam delectatur hiis rebus. Et causa est quia postquam deglutimus eas sentimus quod stomachus desiderat eas sicut sentimus eum ledi ab aliis rebus contrariis. Non in hora qua comedimus ea tantum sed post illud in processu temporis. Et propter id non invenimus aliquem qui [illegible] ea in aliqua horarum nisi per viam medicine propter humores aggregatos non secundum cursum naturalem in stomacho. Cum vero stomachus servat sanitatem suam leditur omnibus istis rebus. Res autem delectabiles invenimus res dulces tantum. [illegible] etiam invenimus delectari in delectatione vehementi quoniam deglutiuntur res dulces. Quoniam hoc membrum est aptum in natura sua convenienti ei [illegible] dicto est secundum dicto ex rebus. Huius autem membri generatio est ex panniculo interiori sed ex panniculo stomachi. Et regit iste panniculus etiam linguam. Verumtamen ex lingua manifeste apparet sensus eius rebus dulcibus. Ex intestinis autem sentimus quod ipsum delectatur. Deinde post stomachum ex rebus dulcibus quoniam deglutiuntur cum ipse est remanens secundum sanitatem suam. Secundum hoc ergo oportet etiam ut viscera delectentur ex rebus dulcibus quare attrahunt ex eis velociter quantitatem multam in hora sanitatis et nutriuntur ea. Cum ergo sunt in hora qua leduntur a febre ex apostematibus calidis convertuntur illas res ad coleram. Iam est quod tu invenies epar in eo quod nutritur ex carnalibus [illegible] sicut [illegible] magnum valde delectabile delectatione manifesta quoniam epar nutritur et impinguatur et magnificatur ex comestione rerum dulcium. In apostematibus autem calidis et febribus non convertuntur hee res adhuc ut addant in magnitudine epatis sed generant coleram. Et causa est quia caliditas febris est vehementior sicut caliditas in natura est epatis.

Inquid Iohannicius. Iam declaratum est de Galieno in hoc loco quod exposuit causam nocumenti accidentis in visceribus quod est in eis ex [illegible] rerum dulcium ad coleram propter caliditatem que est in apostematibus calidis. Et iste quidem sermo verificatur in apostematibus calidis. In oppilationibus autem et apostematibus lapideis et aliis vel similibus in quibus cum sunt in visceribus accidit res dulces cum comeduntur aut bibuntur. Nec autem causam [illegible] in hoc quod res dulces nocent omnibus istis morbis iam dixit Galienus in postremo tractatus sui de regimine subtiliativo. Et ego ponam sermonem eius illum cum dictis suis et est hic. Inquit: Sed vina dulcia quoniam cum eis miscentur quedam medicine subtiliative minus [illegible] humores grossos viscosos sicut fit in pectore et pulmone. Sed etiam quoniam est epar apostematum aut splenem nocumentum accidens ab eis magis quam [illegible] cetera. Et causa est quia ista membra ad se trahunt res dulces quoniam pervenitur ad stomachum velociter quare coartantur propter illud cum in extremitatibus vene que sunt in eis facile et proprie vene que sunt in epate in loco in quibus dividuntur extremitates venarum diversarum ex vena que est in latere concavo eius nominata porta. Et extremitates venarum ramificatarum ex vena que est in latere gibboso eius que nominatur [illegible]. Ideo ergo cum veniunt res dulces istis visceribus quoniam in eis sunt apostemata et quoniam in eis est lapideitas et quoniam sunt orificia venarum minutarum quod fit in eis oppilata. Et etiam ipsum mel quamvis in ipso sit virtus incisiva. Verumtamen media frangit vehementiam virtutis dulcedinis mellis cum aceto quod fit secanabin quoniam probat ipsum esse rem et experimento convenientius rerum et magis iuvativum earum regiminis subtiliativi. Sermo ergo iste sicut de expositione Galieni et non est tibi necesse ut audias [illegible] in eo rem aliam. Et causa est quia iam declaratum est tibi in hoc sermone uno tantum quod res dulces nocent in omnibus infirmitatibus acutis in visceribus in quibus coartantur via sicut est propter apostemata aut est propter oppilationes. Et est sermo eius iste quem dixit in regimine subtiliativo. Apostematibus autem calidis que accidunt in eis nocent proprie res dulces quoniam res dulces si earum penetratio non est facilis et festinant convertuntur propter caliditatem illorum apostematum ad coleram.

Et solvit etiam humores qui de genere cole inferius. Et quantum est quod ex eis educit bonum. Quoniam est tinctum plus quam oportet et plus spumosum. Et plus quidem accidit in hiis quibus coleram quorum viscera sunt magna.

Gal. Oportet ut rememoreris tu hoc loco sermonis eius precedentis in quo comparavit inter ydromel et vinum dulce. Dixit in ydromelle

212

quia minus excitat sitim quam uinum dulce. Galenus. Sed
tamen in hoc loco inuenimus quod comparat [illegible] est
cum uino dulci. et dixit. et sol[illegible] [illegible]
qui [illegible] de genere [illegible] in [illegible]. Et est [illegible]
[illegible] dulce [illegible] soluit [illegible] ydromel
quoniam soluunt humores [illegible] generis [illegible]. et quod
colere educit humores [illegible]. et sit humor [illegible]
mali sed humores de genere colere quibus res [illegible]
[illegible] non est [illegible] et color colere que est [illegible]
est color igneus et color rubeus clarus [illegible]
[illegible] et spuma que accidit [illegible] humoribus
est [illegible] [illegible] eius siue in [illegible] quod
calefit ipse ignem [illegible] [illegible]
[illegible] natat spuma. Et quoniam est [illegible] in
eis [illegible] eius [illegible] [illegible] in [illegible]
nocet [illegible] inuenit [illegible] spuma. Et [illegible]
quod [illegible] duorum [illegible] caliditatem [illegible]
abequalitatis et [illegible] contrarium [illegible]
et agitationem uentris [illegible] inflammationem [illegible]
[illegible] in quibus non est [illegible]. Et hoc [illegible]
uentositates egritudinum multotiens in febribus in quibus calefit corpus. Et post quod ydromel
in hiis febribus in [illegible] eius quod in
eis est [illegible] et nocet [illegible] eius [illegible]
[illegible]. Potus autem aque frigide est [illegible]
[illegible] [illegible] iuuamento. Et
autem [illegible] hoc egritudine est propter [illegible] potus
ydromellis in eo super quod [illegible] est [illegible]
scilicet cuius corpus est [illegible] ingelidare sit
abequalitatis [illegible] in egritudine sua [illegible]
[illegible] in [illegible] suis. Et est quod [illegible] magnitudinis
[illegible] hoc loco est proprium [illegible]
[illegible] quoniam non sit inflammatio febris ab apostemate
lapideo [illegible] ab apostemate molli. Ergo manifestum est quod quoniam [illegible] in quibusdam egritudinibus
[illegible] in quibus est [illegible] apostema. cum
est apostema [illegible] non apostema molle aut apostema lapideum
et illius cuius dispositio hec est nominatur in hoc sermone
magnorum uiscerum.

Sectratus g^o^
eius quod extricatur per sputum
et mollicies pulmonis fit propter
ex potu ydromellis commixti
superflua commixtione. Defensio autem egritudinis spumose
et illius super quam uincens est colera
cala fit a potu ydromellis cuius
commixtio est uehementioris puritatis plus quam illius super commixtionem cuius est uincens aqua.

Iam dixi tibi [illegible] [illegible] que premissa sunt
quod ydromel conuenit in egritudinibus acutis
ad [illegible] et nocet propterea eis. [illegible] tardat
penetrationem et moratur in locis que sunt sub
ypocondriis tempore longo. Et propter hoc [illegible]
ut fugias abusum eius. Secatus g^o^ ut-
uatis potu extrinsecus [illegible]. Et si commixtio tua que
commisces ea ex quantitate multa aque cum quantitate parua mellis. Uel ac facit penetrare
ipsum [illegible] [illegible] sua. Et est quod [illegible]
sit [illegible] plus [illegible]. Et extricatio eius que extricatur
per sputum fit facilior et uelocior quam acceperis
ipsum secundum hunc modum. Et si tu permisces cum
hac quantitate aque quantitatem mellis maiorem hac quantitate faciet euenire
tum uelocem et addetur in uiscositate sputi.
[illegible] est ille de quo primum [illegible]
que premissa sunt quod facere te stare super
ipsum ex sermone Galieni quo inuenimus eum
confiteri confessione manifesta quod ydromel
[illegible] permixtione pura facit [illegible]
[illegible] et sputum efficit uiscosum. Non ego
Livet sursum. premisso de totali lividitate nunc de particulari subiungit dicens. accomoda. i. deputata variis causis. i. ad significandum varias passiones. Parvus emittentem. Nota quod particularis lividitas urine ex multis causis habet provenire. s. ex mortificatione que designat naturalis caloris extinctionem sicut in emitriteis. vel ex humorum perturbatione sicut influxu ventris et ideo dicit esse paucam. cum quibusdam humoribus et oblongis resolutionibus cum quadam essentie impuritate quod ideo habet fieri quia terrestria et aquosa sibi invicem commiscentur unde lividus color sic cedit. Item fit lividus color ex spiritualium passione sicut in pleuresi et in peripleumonia empimate et ptisi. patientibus namque spiritualibus membra nutritiva. i. stomachus et epar eis compatiuntur. transmittunt ergo spiritum et calorem naturalem adiuvamen eorum. unde spiritu et calore depauperata frigescunt. Unde ex debilitate caloris et ex impuritate sue digestionis urina cum sit eius superfluitas quandam contrahit lividitatem. Vel aliter in pleuresi vel peripleumonia multa est collectio superflue materie spiritualia exprimentis que naturalis calor in sanitosam habitudinem traducere contendit aliquid putridum et contagiosum de mala materia provenit quod quidem derivatur ad epar et ibi sanguinem inficit et sic corrumpitur unde urina tam spirituum quam sanguinis infectione superius livescit. Si queratur quare potius livescit superius quam inferius. dicendum quod vapores et fumositates emissi in urina cum sint levia corpora et aerea superius habito motu levem superiorem optinent locum et ibi suam infectionem lividitatis magis ostendunt. Fit quoque lividitas in epilentia et cum urina fit cum quadam circuli plumbeitate. quod significat infectionem spirituum cum passione animatorum membrorum. In synochide livescit propter sanguinis corruptionem. sanguine enim corrupto multum inficitur. Item livescit in asclite propter corruptionem digestionis et humorum impuritatem. In ruptura vene et in omni effusione sanguinis livet urina propter humorum perturbationem. In stranguiria et catarro. et livet urina. In artetica. non est urina expers lividitatis quod contingit ex spirituum infectione que per loca partium transeuntes ex horum quoque contingit corruptione lividitatis maculam sortiunt. Et in passione matricis per eandem causam urina livet propterea cum matrix lacuna sit et sentina omnium superfluitatum. Parvus emittens. Tres sunt emitritei de quibus alias sufficienter distinximus. Morbus caducus. i. epilentia que alio nomine dicitur ieranoson. pedius convincat. Asclites. tria species ydropisis et dicitur ab ascli quod est uter quia in ea venter repercussus in modum utris semipleni resonat. Sinochus. febris de materia sanguinea putrefacta intra venas. Vene ruptura. s. subtilis vel alterius vene. Catarrus. i. fluxus humorum. Stranguiria. que fit oppilatio colli vesice vel ex humore calido vel ex apate vel frigido humore. Matricis passio. ut si patiatur ex inanitione vel repletione vel ex aliqua precipitatione vel distensione sive superiore parte vel ex declinatione super dextrum vel sinistrum latebrum. Fluxus ventris. Coste. quantum ad pleuresim. pulmonis. quantum ad peripleumoniam. dolor articularis. i. passio artetica que fit in nodis digitorum. Consumptia. que fit cum ulceratione pulmonis. Vis extinctiva caloris. ut in medio emitriteo vel in maiore. Sunt livoris cause. vel potius causis. collige. i. comprehende per his significationibus prosolutione aliquatenus certitudinem earum.

Paucula vix mixta livens oleagina morte.

Hic ponit significationes sive specificationes perditum

urinarum vel aliarum quod habent continuari vel deviari aliis circumstantiis livor namque particularis sibi retinuit vel singularis non deviat passionem nisi collatione aliorum accidentium scilicet ex aliis adiunctis magis veritatis. Pauca. scilicet ex interclusione consumptione quod significat caloris vehementiam consumentis et humorum naturam depascentis. Unde constipata humiditate succo sanguinis redundante ad epar. urina non potest multiplicari. Vix micta. ex meatuum desiccatione vel materie urine indigentia. livens. ex morte diarrhe. oleagina. id est unctuosa ex pinguedinibus eliquatis talis igitur mixta signat. predictam urinam.

Stranguiriam notat livida pauca frequens.

Livida urina cum paucitate et frequentia stranguiriam designat. Stranguiria est guttatim urine effusio ex oppilatione colli vesice vel eiusdem acuitate. In stranguiria est lividitas quia spiritus pertranseunt per loca oppilata et inde trahunt ex corruptis humoribus infectionem. Pauca est quia cum statim urina vesica urina inde non potest se exhonerare sufficienter a urina defectum. Frequens quantitatis simpliciter nimia replicatio urine unde pauca est et frequens mincta.

Livor cum granis scintillis atque minutis.

Cum granis. in circulo manentibus et etiam in urina residente permanentibus scintillis. nam si statim evanesceret ex alia causa fieret potius quam ex causa reumatica. minutis. id est parvis in quantitate.

Constanter loquitur spirituale malum.

Spirituale malum. id est passionem toracis et spiritualium membrorum.

Lividitas athomosa malum probat articulare.

Est quoque reumatici nuntia fida mali.

Athomosa. id est albis rotundis minutis resolutionibus plena. Ubi sit albe rotunde minute in capitulo de contentis sunt albe minutie dicte. articulare. id est passionem articulorum.

Vertebra si matrix oppressit aut dyafragma.

Inficit urine lividus ora color.

Vertebra. id est vitium vel passio matricis que oppressa quando magis solito declinat in alteram vertebram unde fit compressio ex compressione vertebri a matrice fit dolor. ex dolore provocatio reumatis unde urina provocatur et sic fit collectio superflue materie ex quibus livescit urina. Vel si matrix ex sui dilatatione sursum dyafragma compresserit urina livescat. Ex vitio pulmonis livet tribus de causis. Stillicidio. repletione. et compressione. Si ex stillicidio circulus est reumaticus. et grumilosus dolor cordis circa spiritualia. Si ex repletione sentitur gravitas et pondus circa spiritualia dolor partis sinistre. Si ex compressione vel a stomacho vel a splene vel a matrice vel epate. Unde aliquis ex torquetur a spiritualibus ex vi compressionis quod lapsum ad gibbum epatis et inde per capillares venas ad vesicam inficit urinam. et distinguitur talis lividitas tumore membrorum comprimentium et dilatione sui actuum. Ex vitio epatis livet tribus modis. Ex repletione. ex oppilatione. ex debilitate. Cum livet ex repletione distinguitur quia urina spissa est et pondus sentitur in dextro ypocondrio et dolor. Ex oppilatione lividitas non magna nam faceret urinam spissam tenuem vel mediocrem et tamen debet esse in mediocri. Unde urina in opere ea significat vel oppilationem epatis vel maiorem eminentiam vel ruptam vene debet in hoc casu esse distensio circa caput et epar. Ex debilitate livet urina ut qui corrumpitur fiat in ydrope. Ex vitio menstruorum livet quatuor de causis vel ex fluxu ventris sive matris. vel ex emoroidis. vel ex lumbricis vel ex yliaca et colica. Ex fluxu est scilicet ex continua humorum distractione per calidum aliquid corrumpi que in vesica in collo tanquam in cucurbita inficit resudat et inficit urinam. Unde livet quod distinguitur quia qui ex fluxu est turbulenta et intensa est ex sanguine. Si magnus est fluxus ex emoroidis manifestum est ex lumbricis quod continent intus involuti flatu quod est eorum materia cuius flatus corruptio in vesica redundat que distinguitur ex remissa urina et spissa et alba et longis resolutionibus ex frigiditate condensante illas. Vel ex caliditate liberorum. Ex yliaca quod distinguitur ex torsione illarum partium. Ex vitio

matricis livet tribus de causis. Ex humiditate. Ex fluxu menstruorum. Ex retentione eorumdem. Si ex humoribus vel humiditate distinguitur quia urina spissa et remissa et corpuscula subtinentia in modum lactis amittit putrida diffunditur gravedo etiam circa partes illas sentitur. Ex fluxu menstruorum livet ut in emoroidis. Ex retentione menstruorum ex quorum impuritate inficitur urina. Ex vitio vesice triplex. humiditate vel oppilatione. excoriatione vel ruptura. Si humiditate manifeste distinguitur quia urina spissa est et pondus circa pectinem. Si oppilatione vel calculi vel arenei vel ficu. Si excoriatione furfura miscentur cum sanguine. Ex vitio sinthorum vel membrorum livet ut in arthetica prestillatum. In cumminicis ex dissipatione materiei. Ex particulatione humorum ut in continuis. Ex appositione spiritualium ut in pleuresi et empimate. Livet ex adustione nam acutis eiulatibus remanent residua. Livet ex frigiditate. De significationibus albi coloris.

Albo subtilis urina iugata colori.

Splenem. ydropem. crapulam. nefresim. frenesim. dyabetem.

Arteticam. coleram quoque nigram. peticam. scotomiam.

Et partis algorem. cum febris causat mortem.

Insene vim fragilem vel defectum puerilem.

Inlesis humeros attollunt limpothomiam.

Febrem quartanam demere et emphysematiam.

Motus varios notat in muliere querelas.

Hec emoroidas et condilomata signat.

Ut se iudicium fallat non inferat ulli.

Talis cruda potest aut indigesta vocari.

Post tractatum de coloribus significantibus mortificationem exequitur de coloribus significantibus indigestionem. Et primo de albo colore sub coniugatione albi coloris et tenuis substantie. ex quibus causis fiat albus color. et quomodo varietur secundum varietatem subiectorum. et que sit cum tenuitatis adpresens permittimus ne dum prolixi lectoris et introducendi per minas offendamus. Inter autem exemplo distinguimus significationis albe et tenuis substantie urine et colorum significationem speciem ex circumstantiis diligenter potest perpendi. Urina subtilis. id est tenuis instabilis. iugata. id est copulata. significat splenem et est nomen membri et passionis. id est splenem etiam passionem splenetica enim passione urina est alba et tenuis cum quadam radiositate et quadam virgulata protensione. Quia enim radii in urina apparent tales platearius dicebat virgulatam. et ferarius fenestratam. Alba enim urina vitio splenis quia ex multa superfluitate calore naturali debilitato cruditate digestionis et qualitatis fit intensio frigiditatis unde urina albificatur. Albedo est filia frigiditatis est ut dicit G. tenuis est et ita est radiosa ex nimia siccitate melancolie quia subtilitatis spiritibus simplicior et tenuior fit urina. fit tenuis et radiosa quia melancolica superfluitas splenis tonicalium defendens comprimit et coartat meatus venales cum exuberet. quibus coartatis urina subtilior colatur. Ydropem. id est leucoflematiam vel yposarcam in principio passionis et longo tempore talis apparens specifica sit cum quadam lividitate vel lucididate et obscuritate in parte superiori que lucididas sive lividitas et obscuritas contingit ex corruptione et impuritate humorum calor namque naturalis multum debilitatur non potest depurare desiccare et desincerare sanguinem. Ideo dicit. si in principio. Sed in veterata cum maligna materia et passionis tempus multiplicata alba et spissa accurrit. Crapulam. circumscriptis aliis circumstantiis ex multa namque ciborum congerie calor naturalis suffocatur nec potest cumulate circa officium digestionis sic accidit. ex multa enim olei infusione lucerna comprimitur et ex multa lignorum congerie ignis debilis extinguitur. Ex crapula autem multa debet esse urina in quantitate nam ex multis cibis multa fit redundatio siccositatis ad epar que sufficient

calorem naturalem. talis secundum theophilum significat largum usum cibi et potus precessisse et maxime si urina fuerit subtilis et leuis. ¶ Nefresim. i. passionem renum ex calculo ex hoc precedente urina spissa et alba cum quibusdam arenosis sedimentibus et si post talem appareat alba et tenuis multum non facta purgatione cum duris potionibus significat nefresim ex calculo confirmato et talis pessima est quia periculum est quod calculus sit confirmatus quam confirmandus erit diminuendus. hoc concedit ypo. in libro aphorismorum dicens ypo. Vrine limpide et albe omnes male maxime si in nefreticis et freneticis appareant. Alba uero in frenesi est quia tota caloris naturalis actio negotiatur circa locum in quo continetur passio nis. Inde leuis digestionis fit cruditas et urina dealbatur. In nefresi est tenuis quia renibus cum lubricis conspissitiue natura coarctatur et subtilior efficitur et a calore et a sua spoliatur ideo tenuis et alba occurrit. ¶ Frenesim. hic specifica si in frenesi febre acuta precedente urina ru. uel subru. nec precedente aliquo signo digestionis uel decoctionis materiei. et non facta aliqua determinatione cita uel per fluxum sanguinis a naribus uel per sudorem uel per uomitus solutionem aut per aliquam aliam creticam determinationem. si postea appareat alba et tenuis significant raptum materiei ad superiora que actione caloris naturalis leuigata ad piam matrem cerebri exaltatur. fit ergo alba quia contraria membra et spiritualia et alia membra tamquam cum nobilioribus compatientia ad eorum iuuamentum spiritum et calorem delegant naturalem. Vnde spiritu et calore depauperata frigescunt et non calore absente urina dealbatur et discoloratur quia in quorum presentia solebat colorare urinam ipsorum absentia eam facit dispositionem. Et notandum quod si fluxu sanguinis superueniente narium aut multo sudore fit in capite frenesis quiescit et urina alba et tenuis remanet significat quietem ut ait theophilus in capitulo de alba urina et tenui et postea subiungit si urina talis facta est et febris permaneat eger ita despicit et moritur. ¶ Dyabetem. significat alba et tenuis. specifica si multa fuit in quantitate et frequenter micta cum arenosis resolutionibus alba est quia aquositas sic digestionis continue et incessanter ab epate per capillares uenas a renibus sugitur propter distemperantiam caloris et tenuis sic et trahit et aliud in eis uirtus attractiua et ex ea fit ut resolutis et attracta humiditate urina ergo non potest tam morari in epate propter continuum transitum ut recipiat colorem sed cruda et indigesta ad renes deriuatur. In renibus autem non habet colo rem urina precipue cum in eis non faciat moram sed per poros eunde qui ex caliditate calefacti et rarefacti sunt et relaxata statim residet in uesicam et ideo sepe et in multa quantitate mingitur. Est autem dyabetes immoderata effusio urine ex distemperantia in caliditate et siccitate et ti habet ex immodico coytu uel cursu uel labore uel saltu. Vel urina repleta est resolutionibus oblongis quasi filis renum ex uehementia caloris attractiue dissoluitur. Attractio fit ex eo modo sicut dictum est in primo tomo urinarum philareti. ¶ Arteticam. significat alba et tenuis. specifica cum athemosis resolutionibus quasi rotundis et minutis et niueis. causam singulorum in capitulo de contentis assignabimus. Sed quare fit discoloratio in artetica querit. dicendum quia materia non est circa epar uel contenta in epate sed circa extrema ubi est causa passionis. Si queritur quare uel quo ille resolutiones admiscentur urine cum materia sit in pede. dicimus quod uirtute expulsiua uniuscuiusque membri et attractiua assidue per continuos meatus reuertuntur ad uias naturales et admiscentur urine. fit etiam artetica ex descensu materiei a cerebro ad partes inferiores et maxime ad illas que nobiles sunt in quibus ratione nobilitatis fortior est uirtus attractiua. ¶ Melancoliam nigram. i. melancolie excessum. alba et tenuis aliis circumstantiis circumscriptis. alba est ex frigiditate materie s. melancolie. frigiditas namque est dealbare. tenuis ex siccitate. siccitas namque est desiccare et attrahere urinam. Sed nota quod melancolia duplex disponit urinam secundum qualitates et secundum substantiam. Vnde reddit eam albam uel glaucam ex frigiditate et siccitate secundum substantiam et disponit urinam et ex sua commixtione reddit eam nigram tenuem et spissam. sicut patet in solutione quartane. ¶ Fleumon. significat alba uel et tenuis specifica est quasi pluribus et obscuritate subest quia habet si propter compressionem aliorum membrorum discolorata est ex inepilentia quia natura comparticipes est membris aliis et non intendens circa digestionem que est circa epar urina remanet cruda et indigesta. ¶ Scotomiam. i. tenebrositatem oculorum et uertiginem significat. alba et tenuis urina et glauca similiter cum lipida sit et clara cum quadam humiditate uel nitiditate. scothomia namque sepius fit ex humiditate melica ex qua resoluta grossi

fumositas et nigra petens cerebrum inficit spiritum uisibilem et obscurat est ergo alba propter frigiditatem. clara et limpida pre nimia siccitate. ¶ Epatis algorem. i. distemperantiam epatis in frigiditate unde impedita digestione propter nimiam epatis frigiditatem crudi et aquosi generantur humores unde urina albificatur. ¶ Vim febris causonis. i. in febre acuta et causonica significat mortem alba et tenuis urina. Sed distinguitur aut talis apparet in principio aut in augmento aut in statu aut declinatione. Si in principio talis appareat significat cruditatem materiei et debilitatem caloris naturalis et prolixitatem morbi. Vnde non tanta prolixitate morbi afflicta succumbet. unde in talibus causa timenda est egritudinis defectus et uirtutis et hec precipue si adsint alia mala signa. Sed forti existente corpore aliis bonis signis concurrentibus non significat mortem sed salutem et declinationem futuram per apostema futurum sub diafragmate. Si uero talis apparet in augmento uel statu precedente ru. uel subru. potest significare duo aut frenesim aut extinctionem caloris naturalis propter consumptionem naturalis humiditatis uel substantialis que deficiente sibi nutrimento auertitur. Vnde urina discoloratur et hec est mortale utrumque. Sed si in declinatione talis appareat precedente citrina declinatione signum est salutis. ¶ Senium uel fragilem. i. defectum uirtutis ex senectute et imbecillitate naturalis caloris. ¶ Vel defectum puerilem. i. defectum nutrimenti membrorum. ¶ Inlesis humorem aut col lum. i. incipientibus sentire dolorem circa collum et humeros non ab interiori sed ab exteriori cum color subito consurgens talis existens urina significat dispositionem uel dissolutionem grosse fumositatis unde certius potest esse signum future sincopis. ¶ Empthoma. i. significat alba et tenuis sincopim ex grossa uentositate resoluta a crudo et multo humore que respiratione ad spirituales meatus comprimitur et suffocat spiritum uitalem in corde qui complexus sui caloris beneficium non potest impendere uel conferre partibus extremis ex quo non ascendente ad cerebrum cum non temperatum sensus animalis cessat sensus in corpore et motus uoluntarius et corpus quasi mortuum iacet. hanc precipue significat alba et tenuis urina. ¶ Febre quartana. si de mala naturali significat alba et tenuis. sed in die post accessionem sequente debet esse subpallida uel pallida. in die tertio uel in quarto alba uel glauca quod in sequenti die magis apparet colorata hoc est quia materia melancolica cum dura sit et compacta suam fugit indigestionem diu et ignitionem. Vnde in sequenti die magis apparet colorata dumque est in quartana nota rufa uel subrufa apparet uel quasi subrufa occurrit. ¶ Amphimerinam. i. solutionem amphimerie febris. i. cotidiane de uitreo flate significat alba et tenuis. specifica precedente paucam globosa infirmitate. si postea effundatur multa in quantitate et male tenuis in illa urina significat amphimerie solutionem. fleuma enim uitreum dum adhuc crudum esset et compactum resistebat nature uolenti id expellere et quia nulla fiebat eius solutio. pauca erat urina. sed flatu digesto et calore confortato fit eius solutio in extremas et minimas particulas et minutiales et disgregatio unde urina multiplicatur et attenuatur. Et nota quod eius materia in sui digestione inspissat urinam preter uitreum fleuma. huius rei concordantiam habemus a ypo. dicente in amphimeriis in quartana particula. Multum urine alte pauce et globose non sine febribus multitudo superueniens tenuis urina iuuat. Et apud theophilum urina alba et tenuis et multa amphimerinam deficere siue deficientem significat. ¶ Matricis querelas. i. passiones ex quibus conqueruntur mulieres eas maxime que fiunt ex retentione menstruorum. Specifica si apparet cum sanguinis nigris resolutionibus quia significat retentionem menstruorum sanguis qui niger et crassus est. ¶ Vt se iuuamus. Hic ... tur generaliter significat tenuis et albe urine. Si enim solutas iudicauimus non uellemus incurrere per talem urinam defectus significantem indigestionem et debilitatem naturalis caloris. hec autem que indigestionem crudi consueuerunt habere uentositatis intentionem. ypocondriorum et extentionem uentris et laterum inflationem et grauitatem crurium et corporis et pigritiam totius corporis tam ad sensum quam ad motum uoluntarium. et multi dispositionem capitis et precipue sinistre partis. Et conclusio uentositatis fit quia cum calor debilis sic relaxatus humiditate et resoluta non consumit unde uentositas turbulenta generatur que pulsans ypocondria et in ipsis attracta uacuitatis ratione ipsa distendit. Ex eadem etiam fit inflatio uentris et laterum et crurium grauitas accidit quia ipse ex quorum motu leuitas membrorum efficitur.

ex nebulosa fumositate a cruditis humoribus resoluta turbari et obtusi omnes effici in propriis motibus impediuntur. Vel superfluitates que ex defectu caloris in nutritiis generantur motu sue gravitatis inferius defluentes musculi coxarum et tibiarum aggravantur. Unde in eis quedam sarcine senciantur. Fumositatibus autem ad sensuum instrumenta respirantibus aggravatis organis et spiritibus sensus et motus voluntarius impeditur. Ex eadem enim fumositate ad cerebrum respirante que sit grossa et impetuosa fit distensio miringarum et ex distensione et necessitas ex qua sequitur dolor capitis et maxime in sinistra parte racione conformitatis cum ibi sit sedes melancolie. Et nota quod talis apparet urina in sincopi et emorroidibus sed tunc apparent prius et nigre resolutiones cum discoloratione ex fusa cia totius corporis prioris. De glauco colore. ·1·

Spissi si incipiens crescat nulla liquoris.
Est iudicio glaucus color emulus albo.
Ac minus offendit nativa vita coloris.

Post album agit auctor de glauco qui habet significationem eandem cum albo colore non enim differt nisi secundum intensionem et remissionem materiei. Quecumque significat albus color cum tenui substantia eadem significat glaucus color sed cum quadam remissione. Spissi, id est spisse substantie, nulla commercia, id est nulla coniugationem. Glaucus namque color cum sit tamquam cornu lucidum album in coniugabilis est spissitudini. Spissitudo enim ei associata lucididatem aufert sine qua non potest esse glaucus color. Emulus albo, id est consimilis. Ac minus offendit, id est minus impedimenti significat. Nativa, id est eadem vias vel caloris. De glauco colore cum mediocri substantia. ·2·

Sed si fuerit tenuis mediocris aut mediocritas.
Glauca vel alba notat excessum flatis acri.
Glauca mediocritas est conscia testis.

Adhuc prosequitur de glauco colore et ostendit quod urina glauca mediocriter tenuis vel omnino tenuis similiter significat in sicum si si recedat a mediocritate significat excessum flatis acri, id est acetosi. De lactea mediocriter tenui. ·3·

Lactea si sit tenuis vel acute caumate febris.
Litis in gressu signis adiuncta sinistris.
Dampnat et accusat pacientem cum eius motis.

Que signa liberent egrum a morte. ·8·

Fallit urine sententia si tibi certo.
Ordine occurrant que sint vitalia signa.
Mens, sopor, affectus, bona respirat uite.

De lactea mediocriter tenui in febre acuta. ·4·

Lactea si sit tenuis cum large fusa liquore.
Sine mali veniens de fervescente calore.
Solvit et a morbi laqueis emancipat egrum.
In febre quam replicat typicis interpolata error.
Lactea si sit tenuis dictat quod causa sit eius.
Frigida pressura longi factura laboris.

De lactea mediocriter tenui in fine interpolate. ·6·

Lactea si sit tenuis febre deficiente salutem.
Impetrat et corpus relevat utraque reformat.

Post capitulum de glauco colore cum tenui substantia subiungit aliud capitulum de lacteo colore sub coniugatione substantie tenuis. Sed fortasse obici de verborum [illegible] repugnantia. In hoc autem libro dicitur et quod pro regula ponitur quod lactea et caropos numquam tenuis reperitur. Sed hic lacteus color cum tenui substantia coniungitur unde videtur dissonantia. Respondeo quod lactea numquam est tenuis de omnimoda tenuitate intelligendum est. Ad hoc namque ut sit lacteus color aliquantula partium grossities et accumulatio exigitur que omnimode subtilitati derogat. Et propter hoc dictum est quod lactea et karopos sub materia numquam reperitur tenuis, id est omnino tenuis. Cum vero hic dicitur de coniugatione lactei coloris cum tenui substantia intelligendum est non omnino tenui sed remisse vel mediocriter tenui accedente ad speciem aliquam ad latus spissitudinis. Unde et auctor volens vitare periculum obiectionis non dixit simpliciter lactea tenuis sed subtenuis. Sub namque notat remissionem a tenuitate. Si autem invenitur apud Theophilum lacteum colorem coniugatum cum tenui substantia tenuem subtenuem intelligit per subtenuem. De lacteo itaque colore cum tenui substantia talis propter doctrina apud hunc auctorem. Urina lactea cum tenui substantia aut apparet in principio egritudinis aut in fine. Si in principio aut in principio febris acute vel interpolate vel alterius egritudinis. Prosequere de singulis. Si in principio febris acute appareat lactea et tenuis malis signis concurrentibus sicut alienatione desipientia in sompnolentate appetitus languore difficili respiratione debili virtute mortem significat. Propter hoc quod lactea est significatur cruditas materiei et indigestio et lacteus vero digestione esse refrigeratus ex caloris et spiritum ad cerebrum transmissione. Et signum est frenesis. Unde timendum est de consumptione cerebri. Cerebrum enim delicatum membrum est et molle et tenerum. Et caret adiutore habet calorem naturalem non multo ardore indiget sed fervore caloris frequenter consumi. Cor vero membrum est calidissimum. Unde multo calore est assuetum. Et quia motore febris in continuo calore versatur unde est quod impetum advenientis caloris melius sufficit tolerare cerebro. Quia autem tenuis est ex compactione materiei est et cruditate in digestione. Et quia in lactea nupta est ad cerebrum ex parte iam refrigeratio unde nulla fit perturbatio vel resolutio unde urina inspissetur. Cum non inspissatur quia malis signis concurrentibus si talis appareat mortem in corde significat. Sed si bona concurrerint signa predictis contraria licet talis appareat significat habitationem egritudinis non quantum in se est quia per se suspecta est et in fine licet quia bona accidentia ei collaterantur significat prolixitatem egritudinis. Si in fine febris acute talis appareat et sit multa in quantitate febre deficiente salutem indicat. Nam cum est lactea significat quod vim naturalis caloris ad reficiendum. Quia est tenuis hoc fit ex attenuatione et subtiliatione partium materiei. Propter hoc autem quod multa est plena et sufficiens purgationem indicat. Si in principio febris interpolate talis appareat cruditatem flatice humorem in causa esse portendit unde dicitur urina et frigiditatem humoris et caloris vel caliditatem. Quia est tenuis licet fit ex compactione materiei et difficultate resolutionis talis quia croniam egritudinem significat et longum nature afflictionem ostendit. In fine vero interpolate febris si talis occurrit et multa apparet ex lacteo colore et significat caloris destruentiam ex tenuitate materiei significat subtilitatem ex multitudine purgationem sufficientem que egritudinem alleviationem indicat. Si talis appareat sine febre dispositionis ydropisim portendit. Hic diligenter consideratis que dicta sunt litteram non habet scrupulum. De karopos colore. ·1·

Albescens karopos vel lactea spissa figurat.
Ydropisim lapidem, colicam, capitisque dolorem.
Flatis excessum membrorum reumata fluxum.
Talis apostaseos causam complexio solvit.

Hic agit de albo colore lacteo vel karopos cum spissa substantia. Alba namque urina remissior est quam lactea vel karopos. Karopos enim color est similis vellibus camelorum scilicet flavus et cum spissa substantia significat ydropisim, id est leucoflanciam. Specifica ex multo tempore precedente cum quadam obscuritate et perturbatione et apposita materia livida vel subcitrina apparet. Talis leucoflanciam confirmatam significat. Citrinam urinam precedit alba et tenuis cum quadam obscuritate tamen. Et nota quod nec urina que ydropisim significat prius dicitur esse alba in colore quam lactea vel karopos propter maiorem crudificationem digestionis. Ydropisis enim error est digestive virtutis in epate. Karopos vero color vel lacteus non significat cruditatem tantam. Potest tamen lacteus vel karopos

·1· De glauco colore
·2· De glauco colore cum mediocri substantia
·3· De lactea mediocriter tenui
·8· Que signa liberent egrum a morte
·4· De lactea mediocriter tenui in febre acuta
·6· De lactea mediocriter tenui in fine interpolate
·1· De karopos colore

in leucoflegmatia apparere. Si albus color, fidelius eam exprimit ut predictum est. Karopos autem dicitur a karos quod est gaudium et opos quod est sucus, quasi gaudiosus sucus, quia talis urina confert gaudium medico post albam vel glaucam veniens.

Item urina alba lactea vel karopos cum spissa substantia significat colicam vel yliacam passionem ex crudo et grosso et viscoso flegmate collecto in inferioribus intestinis. Unde ex spissitudine flatus secessus egressio denegetur, ex ventositate inclusa tortio sentitur et angustia, ita ut videatur pacienti quod quodam terebello eius intestina perforentur, ut de serpente refert G. In colica passione vel yliaca cum sepe videatur urina alba et spissa, hoc tamen contingit est de vite passionis et proprietate et positione materiei que fixa est in intestinis, potius dicitur esse lactea vel karopos quia cum materia contenta sit in colon intestino vel yleo cum remota sit a viis urinalibus non sic potest permutare urinam quod eam reddat albam. Reddit ergo minus discoloratam, id est lacteam.

Item urina alba vel lactea et spissa significat lapidem. Specifica si in fundo habet sedimen arenosum. Talis color potius est lacteus quam albus, quia licet per se flatus debeat esse urina discolorata propter tamen ebullitionem et decoctionem illius humoris qui in lapidem convertitur, redditur minus discolorata ut lactea et spissa constituatur, et etiam propter liquidarum partium consumptionem. Putrificando namque ex humore aliquo non potest sibi sine aliqua tincttura decoctione ideoque potius lactea quam alba occurrit. Et nota quod generatio lapidis fit quatuor ex causis: ex habundantia superfluitatum et ex viscositate earum et ex angustia meatuum, et ex debilitate virtutis expulsive. Cum hec omnia habet humor, diutius in moris in vesica actione caloris excoquitur, liquidioribus ergo partibus consumptis et terrestribus permanentibus fit induratio et petrificatio et arenarum generatio que sibi unite et adunate lapidem efficiunt, qui si fuerit in renibus dolorem efficiet immoderatum ex distensione partium et fit solo continuitatis. Adest dormitio pedis cum ipso rene colligantiam habens et infrigidatio quia contingit quod pes propter calculum constrictum partibus extremis non potest impendere beneficium sue calefactionis comprimitur enim nervus unde aufertur audacius spiritus animalis, ideoque fit dormitio pedis et infrigidatio. Adest etiam dolor yliacus quia intestina comprimuntur ex calculo existente in renibus et hi propter eorum colligantiam prime digestionis superfluitates retinentur, quia cum non possit emitti redundat ad yleon et inflat et torquet ipsum et inde fit dolor yliacus. Et si lapis fuerit in vesica dolorem in pectine cum pruritu et difficultate mingendi et ardore urine quando urina emittitur. Ventris constipatio fit ex compressione et dolor yliacus ex eadem causa.

Capitisque dolorem presentem vel futurum significat urina karopos vel lactea vel spissa: presentem si diu talis appareat, futurum si de novo incipiat apparere. Hoc autem est physice, cum flatus diu fuerit in corpore calor quia diu in ipsum egit eius partes resolvit in fumos flatus turbidas et vaporosas que petens cerebrum infert dolorem. Si vero flatus noviter incipiat durari in corpore calor agens in ipsum nondum in fumositatem sufficienter resolvit, sed diutius agendo resolvit, et ideo dolorem futurum significat. Huius rei concordantiam habemus ab ypocrate in quarta particula amphorismorum dicit enim: Quibus in febribus urine conturbate velut subiugalium, hiis capitis dolores aut adsunt aut aderunt.

Flatus crassus vel signat al. et lac. et spissa urina sine febre. Urina ergo alba vel lactea et spissa partium cum inequalitate et non pura substantia naturalis flatus habundantiam significat. Alba propter frigiditatem flatus, frigiditatis namque est dealbare quia flatus albus est. Spissa propter humiditatem eius, humiditatis namque est inspissare. Inequalitas substantie perturbationem significat in corpore. Impuritas substantie defectum caloris naturalis impotentis substantiam depurare hoc significat principaliter. Secundario vero habet significare dolorem capitis precipue gravedinem occipitii ubi est sedes flatus vel indigestionem latentem in flatione, oris insipiditatem, salive habundantiam, sensus hebes, motus tardus, pigritia, sompnus, dolor capitis scilicet occipitii. Hec omnia contingunt quod omnia hec contingere ex grosse et crude materiei resolutione, ex qua fumositas resoluta et a debili calore non consumpta ad diversas partes corporis peregrinans eas aggravat et molestat. Petens enim cerebrum ex mitigata distensione dolorem facit. Ad ypocondria inferius inflationem inducit. Ascendens per ysofagum ad linguam cum sit salsa eam in sapiditatem facit et salivam habundantiam. Per nervos diffusa sensum et voluntarium motum impedit. Huius rei concordantiam habemus apud theophilum in capitulo de pingui et alba. Dicit enim theophilus talis continuat

crudi humorem plurimum habundare in vasis et diversas dicunt flatus ut est vitreum et sine qualitate.

Menbrorum reumata, id est fluxum humorum ad aliquod menbrum corporis, sicut in aphoristica collectione de fratris hiis dicitur significat lactea karopos et spissa. Specifica si fuerit pauca et perturbata cum resolutionibus oblongis vel rotundis quod precipue significatur si fuerit granulosa.

Fastidium, id est ventris solutionem significat karopos vel lactea et spissa si fuerit pauca et perturbida cum resolutionibus oblongis et rotundis. Pauca quia per fluxum secessus et humores emittuntur a corpore quia calor in epate debilitatur; pauci ergo generantur humores et pauca urina. Virtus etiam attractiva epatis per fluxum debilitata paucam ab intestinis trahit succositatem, quare pauci generantur humores et ideo pauca urina. Hoc enim dicit ypocras: Urina multa noctu facta modicum secessum significat et econverso. Resolutiones fiunt a flatu descendente per stomachum ad intestina. Turbulenta apparet urina ex humorum commixtione et perturbatione.

Cat. 9, id est talis cum albi vel lactei coloris cum spissa substantia solutus, id est solutum significat. Cum aposta seos, id est metri apostatice collectionis ex purgatione namque materiei que crudi est et flatici urina discoloratur et inspissatur. Unde habemus concordantiam apud ypocratem in fine quarte particule: siquidem enim quibus est spes ad articulos apostasim convertit et ab ypocrate: urina crassa et multa et alba facta. Item apud theophilum: urina pinguis et alba multa veniens liberat apostema in articulis factum hiis qui dolebant eos et quietum infatoriosa egritudine erat. Continue quando diu fuerat in egritudine pinguium humorum.

De substantie urine distantie.

Sepe fit urine distantia substantialis
Dispar ut a medio vel summo discrepet imum.
Summa superficies mediana vel infima spissa.
Summam vel mediam vel partem occupat imam.
Et sibis sibi servit regio regioni.
In reliquis est consimilis ratio generalis.

Notandum quod quatuor sunt regiones humani corporis. Prima est animalium menbrorum sicut cerebrum et ipsi cum ventriculis et durat ab epygloto superius. Secunda est spiritualium et continet cor et pulmonem et tracheam arteriam et fistulas pulmonis et durat ab epygloto inferius usque ad dyafragma. Tertia regio est nutritivorum menbrorum et comprehendit epar stomachum splenem intestina et fel et protenditur a dyafragmate usque ad lumbos et renes et vesicam. Quarta regio est generativorum menbrorum et continet lumbos renes vesicam duos testiculos et virilem virgam matricem testiculos matricis et vulvam.

Quatuor regionibus humani corporis quatuor regiones urine comparantur que similiter sunt quatuor. Prima regio in urina est circulus et ei deservit dispositio animalium menbrorum. Secunda est corpus aereum vel superficies que est in superiori parte contigua circulo et ei deservit dispositio spiritualium menbrorum, que si spissa fuerit et turbulenta attestatur male habitudini spiritualium menbrorum, maxime si granulosus fuerit circulus et significat destinam, asma, empima vel aliquam collectionem intra superficiem circa spiritualia, quia adest angustia hanelandi et strictum pectoris. Spiritualia menbra sunt aerea et emittunt aera et spiritum. Tertia regio dicitur perforatio quia perforatis menbris attestatur epati stomacho et aliis nutritivis, que si nebulositatem contineat et spissitudinem denuntiat impedimentum nutritivorum menbrorum ex superfluis humoribus sicut dolorem ventris et inflationem, rugitum in digestionem facta diu et cetera accidentia que stomachi repletionem concomitantur. Quarta regio est fundus et est inferior pars urine, que si sedimen arenosum in se contineat humores conglobatos significat et molestationem generativorum sicut nefresim, litiasim, stranguiriam, renum et lumborum et partium adiacentium gravedinem significat.

Distantis substantie, id est dissona et inequalis quantum ad eandem urinam. Unde si eadem in parte superiori appareat spissa vel in media vel in inferiori ceteris in similitudine manentibus vel econverso

i. contrarii et molestari significat. singula singulis redduntur. superior regio circuli. summa regio corporis. In reliquis coloribus. consimilis ratio assignatur. Ut si in parte superiori sit spissitudo. vel media. vel inferiori suprema regio corporis molestari significatur. vel media. vel infima. De pallido colore .1.

Pallida cum pingui si sit citrina liquore.
Flatice monstrat periodica signa febris.
Pallida cum tenui coleram declarat adustam.
Pallida si tenuis extat exacti flate febrem.
Pallida cum spissum mediocriter associatur.
Flatice craseos incipiens fida probatur.

Post album colorem lacteum glaucum et karopos subiungit capitulum de pallido colore et etiam per pallidum comprehendimus subpallidum. Agit autem de pallido colore secundum coniugationes spisse substantie et tenuis et mediocriter tenuis quos debes colligere sic. Urina in colore pallida vel subcitrina pallori vicina in substantia per totum spissa significat cotidianam de flate naturali. Remissio vero in colore propter flatis frigiditatem. spissa propter humiditatem. Alia regula. Urina in colore pallida in substantia tenuis colere adhuste dominium significat. id est melancolie innaturalis. sine febre. Alia regula. Urina in colore pallida vel subpallida in substantia mediocriter tenuis significat cotidianam de flate acetoso indigesto. mediocris de eo accedente ad digestionem. mediocriter spissa de eo iam digesto. omnis namque materia in sui digestione inspissat urinam preter quam flata vitreum quod digestio eam attenuat. Periodica frigoris. id est circulares revolutiones vel accessiones que frigore preveniunt. Flatice febris. id est continue de flate naturali. Subtenuis. id est remissa acuitate vel subtilitate. ut sub. notet diminutionem vel remissionem. Pallida. et cetera. Alia propositio regula de pallido colore quam assignat cum mediocriter spissa substantia significat flegmaticum. De pallida urina apparente post glaucam vel lacteam .2.

Si male dispositio precedat tempore glauca.
Lactea vel karopos et pallida post videatur.
Signo palloris vires natura resumit.
Et redit ad proprium vis digestiva tenorem.

Alia datur regula de pallido colore que assignatur secundum collationem eius ad glaucam urinam albam vel lacteam precedentem. Sunt enim quedam urine iudicia simplicia que iudicantur de urina vel absolute secundum substantiam et colorem non habito respectu ad alterum precedentem vel non de consideratione aliarum circumstantiarum. Sunt enim quedam iudicia collativa que habent respectum precedentis status vel complexionis et etatis et aliorum similium. hic ponitur iudicium collationis quod si corpore aliquo distemperato existente in frigiditate urina appareat alba vel lactea vel glauca et post modicum tempus appareat pallida significat naturalem calorem reinvigorare et vires resumere ut fiat transitus de indigestione ad digestionem per. de frigiditate ad caloris confortationem. natura resumat vi. id est calor naturalis vires resumere significat. De pallida vel subcitrina tenui in febre .3.

Ias febre continua lenta sub pallida clara. in febre
Ypocondria apostaseos in dextra parte futurum.
Indicat affectum constante vigore vigente.

In hoc capitulo alia propositio regula de pallido colore quam sic colligere. Urinam pallidam vel subpallidam in colore. in substantia claram et tenuem in febre acuta cum aliis bonis signis significat apostema futurum sub dyafragmate. Urina pallida est contingit propter frigiditatem materie. Cum est tenuis et alba generatur propter compactionem et cruditatem ex quibus morbus protrahitur. natura ergo protractione morbi aggravata ingrossat. et afflicta non potest convenienter et absolutam digerere crisim ut purificet materiam per fluxum sanguinis de naribus vel per sudorem vel per fluxum ventris concomitante albi appetitus et virtute naturali existente forti vel per quamcumque aliam purgationem competentem facit quod est quod potest tamen fatigata. Sed si debilis esset natura nec adesset aliqua boni signi nuntia. Vel si nichil appareret. Vel si virtus esset debilis mortem minaretur. Sed quia adsunt signa boni nuntiativa bonus appetitus et robur virtutis et mentis confortatio et inspiratio facilis presumendum est in tali casu per talem urinam quod debet fieri declaratio per apostema sub dyafragmate. natura namque licet fatigata sit et materia tracta inquantum potest a se liberando natura transmittit quod materiam de nobilibus ad ignobilia. de principalibus adminus principalia. scilicet ad dextrum ypocondrium et ad illud precipue propter presentiam epatis quod est membrum calidum et propter loca ibi vacuitatem viget ibi virtus attractiva. Ypocondria apostaseos. id est apostematum collectionem de gravi et ponderoso humore. in dextra parte. id est in dextro ypocondrio sub dyafragmate. Habitus autem eliciatur aliis bonis signis. vigore. id est robore virtutis adiuvante. vigente. id est ex pre vigoroso permanente. De pallida spumosa .1.

Si fluor absentet ventris non vilia tempore.
Pallida spumosa pinguis lucens cinerosa.
Paucula sit pestis ptisice non absona testis.
Si fluor accedit mors inter vita recedit.

Alia datur regula de pallido colore per quem specificatur ptisis que sic colligenda est. Urina pallida in colore vel subcitrina spumosa cum quadam humiditate superius oleagina et subcitrina in quantitate pauca sola evenientibus circumscriptis ptisim declarat. Et si tali existente urina in ptisi superveniat fluxus ventris. mortale est unde Ypocras qui ait. Ptisici habito diarria superveniens mortale. absentet. quia talis in fluxu ventris ex humorum perturbatione et pauca humiditate redundante aliqui adesse posset apparere idoque excludimus fluxum ventris ad certitudinem specificationis. pallida colore ex debilitato calore nutritiva que spiritualibus compatitur. spumosa. ex passione pulmonis in quo semper est fumositatis extractio. impetuosi motoris. violentia ebullitionis. presentia ventositatis. pinguis. id est oleagina. et magis in principio. ex pingui resoluta. lucens. ex infectione spirituum et sanguinolenta vel apostemata materia que per venam concavam redundans ad epar sanguinem inficit et sic corrumpit. cinerosa. ex partibus a pulmone resolutis est. in pulmone subcitrina colore. paucula. ex consumptione membrorum. pestis ptisice. id est ptisis que corpus depascit. fluxus. id est fluxus ventris. marcescit. multiplicata resolutione. De causis paucitatis urine.

Causa cibi et eufraxis fluxus consumptio pauce.
Indicit urine ratio contraria multam.

In predictis capitulis frequenter posita fuit doctrina de paucitate urine in hoc capitulo causas paucitatis urine auctor assignat que sunt .iiii. Cruditas materie ut in principio febris. effimere. Enfraxis. id est oppilatio meatuum ut in stranguiria vel sciatica. Tertia causa est fluxus ventris. Ut in dissinteria in qua egestione multiplicata urina paucificatur. Quarta causa est consumptio membrorum ut in ptisi. humiditas namque que exprimitur in multiplicatione urine violentia caloris depascitur et annichilatur quod magis est signum in febre acuta mortale. Ex contrariis causis urina multiplicatur ex digestione materie ut in solet effimere cum ei vero alba et tenuis et multa debet accurrere. Item enim causa remota vel vigore nature vel medicamentis diureticis multiplicatur urina. Item ex veneris constipatione virtute attractiva vigente in epate ut in hominibus calidis et siccum epar multa est urina. et in dyabeticis fit propter multam attractionem sucositatis ex crapula ex repletione copiosa multiplicatur et ex potionibus diureticis sive initius assumptis multiplicatur. Multa est urina ex .vii. causis. Prima est multitudo ciborum et negligentia exercitii. Secunda multitudo humorum non cruda vel etiam coctorum ex quibus multa solvitur materia. Tertia est superfluitas crevia. Quarta est consumptio totius corporis. cum corporis humiditas eliquata multiplicat urinam. sicut in ethicis. Quinta ut in dyabete. Sexta est usus diureticorum. Septima causa est paucitas egestionis et aliarum superfluitatum. Pauca fit ex .vii. causis. Prima est paucitas ciborum et nimium exercitium. Secunda est oppilatio meatuum. Tertia acuitas humoris cum vero unde vesica pungitur et se exhonerare nititur. Quarta est vesice mortificatio et defectus expulsionis. unde vesica nec valet in attrahendo nec valet in emittendo. Quinta est paralisis vesice ut in senibus vel pinguibus et flaticis dispositis ad paralisim. nervi enim multa humiditate remolliti non possunt urinam continere vel sustinere donec collecta sit sed paulatim

.1. de pallido colore
.2. de pallida apparente post glaucam vel lacteam
.3. de pallida subcitrina tenui in febre

.1. de pallida spumosa signo ptisis
.2. de causis paucitatis urine

educatur. Sexta est calor in moderatus interius consumens humiditatem corporis ut in acutis. Septima est multitudo que egerium ut fluxus ventris. sudor nimius. crudorum .i. crudialis materiei. emfraxis .i. oppilatio. thlipsis .i. constrictio meatuum.

De citrino colore tenui.

Est multis tenuis citrina refecta figuris.
Flaticum iuvenem si quem iugis afficit humor.
Concipiat tritteo clausam secus impetit annos.
Continua puerum iuvenem cui fel dominatur.
Portendit sanum proprioque karactere signat.
Talem constituit quartana planetica febris.
Autumpno potius vel sub brumalibus horis.
Thoracis splenis epatis delicta fatetur.
Pectoris offensam seu victus obsita gramis.
Splenis si multis radiis vigata coruscat.
Siccum monstrat epar effusio larga liquoris.
In febre continua sub morbi limine talis.
Prolixando malum fert detrimenta vigoris.
In medio frenesim monstrat sub fine duelli.
Designat certe firmari federa pacis.

Queritur circa librum urinarum egidii. Et primo utrum determinet egidius de urina theorice vel practice. Et videtur quod non theorice quia omnis medicina theorica speculatur res naturales vel non naturales vel contra naturam. Sed ista non est huiusmodi quia urina non est talis. Item nec practice quia non docet modum aliqualiter operandi ergo et cetera. Ad hoc dicendum est quod datur ista sciencia theorice. Et ad id quod obicitur quod non speculatur res naturales et cetera. Dicendum quia urina secundum quod est egrotorum et signum medico sic est res contra naturam. secundum quod indifferens est sani vel egri est res innaturalis. secundum quod est superfluitas alimenti et potus est res naturalis. Item queritur utrum sit quid simplex vel compositum. Et videtur quod sit quid simplex quia duo sunt calores intensi in homine scilicet naturalis et vitalis. Sed aer est ad refrigerandum vitalem et est simplex. ergo et potus ut aqua vel vinum sit ad refrigerationem caloris naturalis erit quid simplex ergo et eius superfluitas scilicet urina erit simplex. Item contra dicit quod elementa non nutriunt quia sunt quid simplex sed aqua non nutrit ergo est quid simplex. ergo et eius superfluitas scilicet urina. Item contra aqua vel potus quibus maxime leditur ydropicus sed urina iuvat si sit scilicet ex fra. ergo est quid mixtum. Item urina potest converti in nutrimentum ut in plumas avium secundum philosophum ergo est quid mixtum. Item cum in corpore sint .4. elementa quare duo illorum ut aqua et terra habent superfluitates et non alia duo. Item queritur quare superfluitas prime digestionis sive digestive est superfluitas elementi terrestris et superfluitas secunde est superfluitas elementi aque. Ad primum dicendum quod consideranda urina per considerare plus in qua est pura aquositas sic est simplex et elementum vel superfluitas elementi. Quantum ad ipsam in quantum est medium in quantum habet coniunctionem humorum et partium terrestrium sic est quid admixtum. Vel aliter dicendum quod est simplex per privationem mixtionis que est composita vel mixta ex elementis diversis sed tamen est quid admixtum id est habet partes aliene nature admixte vel adiuncte. Ad aliud quod obicitur dicendum est principaliter quod inspirandum est quid admixtum sicut urina. Vel dicendum quod non est simile quia aer inspiratus non facit moram in corpore sicut urina ut possit cum ipso fieri admixtio ideo et cetera. Ad aliud dicendum quod est ibi fallacia consequentis quia sequitur ergo ratio sic. Ad argumentum in oppositum patet solo quia urina medicina iuvat et secundum philosophum quod est pura aquositas et ita medicina est quid admixtum ut visum est. Item nutrit non per se sed deferendo nutrimentum solum ideo et cetera. Item medicina tornatur et putrescit et ita est quid admixtum. Item per admixtionem partium alienarum ut vaporum corrumpitur aer et sic dico de urina. Ad aliud dicendum est quod urina secundum sensum et in medicina causatur achimo. sed realiter vel radicaliter et mediate achilo. Vel aliter per viam decisionis causatur achilo sed per viam sequestrationis achimo. Et sic pro solo ad... que est ... plus attestatur chilo qui est albus et ch[i]mus achilo ergo et urina que sequestratur achimo. ... dicitur ut de lacte serum et cetera. Dicendum quod mediate achilo et per viam decisionis sed immediate et per viam sequestrationis achimo. Ad aliud dicendum quod terra et aqua solum habent superfluitates in corpore animalis et non alia quia in puriora sunt sicut per definitiones ut dicit Aristoteles. quia sanguis cum sit quid grossum superfluitatem habet talem et cetera. Sed solum superfluitas terre et aque a corpore expellitur. Vel aliter dicendum quod alia elementa superfluitates habent tales que insensibiles et insensibiliter expelluntur et medicus sensibilium est artifex ideo et cetera. Ad aliam questionem dicendum est quod prima digestio in stomacho fit ubi est ... aliarum digestionum ideo cum terra sit fex omnium elementorum et magis ... debuit superfluitas istius elementi esse superfluitas prime digestive potius quam aliarum. et secundo superfluitas aque secunde digestive. Item prima digestiva procedit subtiliando ideo grossum abicit et magis feculentum. Alia procedit ingrossando ideo quod subtile est abicit et in aquositatem superfluitatem ideo et cetera. Item queritur quid est certius signum utrum urina aut pulsus. Videtur quod pulsus quia sumitur a certissima virtute ut vitali et urina a naturali que est minus certa ergo et cetera. Item pulsus in presentia infirmi ostendit signum suum facit. Item percipi et representatur cum multis aliis signis que ipsum multum coadiuvant. urina non sic ergo et cetera. Item virtus est que omnia facit urinam. Sed pulsus immediate est super virtutem vitalem. urina non sic ergo et cetera. Item iudicium est Ysaac dicens. urina in morbis magis habet significationem ergo et cetera. Item virtus naturalis facit crisim sed urina attestatur super virtutem naturalem ergo super crisim et ita magis super morbum. Item visus est certior sensus et nobilior. et unde tactus est innobilior sed pulsus est obiectum tactus. urina vero obiectum visus ergo et cetera. Item urina est obiectum visus per se quia per suum colorem. pulsus vero obiectum est quia per magnitudinem vel parvitatem. Item urina magis habet ad esse quia est res permanens pulsus res successiva. Ad hoc respondeo et dicendum ... modo vel in sanitate vel in egritudine. Si

Quo urina egidii tractat de urina theorica vel practica.

Quo urina simplex vel composita.

Quo quod est certius signum an urina aut pulsus.

Explicit glose egidii super versibus urinarum.

in egritudine et hic uel quantum ad statum et sic pulsus certius est signum. uel quo ad processum egritudinis quia si digestio est in inicio augmenti. Si non principii. Si completa status. Pulsus uero non sic ostendit processum egritudinis. Sed per comparationem ad terminum pulsus certior. ¶ Vel aliter morbus uel est cum sit motus naturalis contra morbum et morbi contra naturam post ergo considerantur quantum ad morbum et sic urina uel quo ad uirtutem et naturam et sic pulsus certior. et sic patet solutio ad argumenta. ¶ Ad id quod obicitur quod urina in morbis materialibus habet significationem uerum est ex parte materie sed tota significatio uenit propter locum quando peruenit a parte uirtutis. Vel aliter potest dici quod hec intelligitur in morbis intra uasa et per operationem ad illa que a corpore egrediuntur. ¶ Aliud quod obicitur quod urina attestatur uirtuti naturali et illa est que creat morbos. Vnde est supposita tamen uirtute uitali ex parte cuius principaliter significatur pulsus et omnis cum principaliter plus influit etc. Vel aliter dicendum quod ibi sunt uirtutes naturales per uirtute regitiua totius corporis que dicuntur et in illa parte dicitur cuius ortus est ab epate et non uitalem et animalem.

¶ Ad aliud dicendum quod si consideremus ipsam urinam in se sic est certior sed per comparationem rei apprehense per ipsam sic pulsus certius est signum. ¶ Ad aliud quod opponitur quod tactus initium eius certus est in nobis quam uisus dicendum quod tactus habemus ut dicit philosophus certiorem aliis animalibus uisum non ideo male opponitur. ¶ Ad aliud quod dicitur quod urina est obiectum proprium pulsus autem uerum est sed multe sunt conditiones a parte pulsus ipsum certificantes quia uariatur ab aliis signis quia uel facies infirmi etc. et attestatur immediate supra uirtutem uitalem etc. ¶ Tunc queritur quid sit certius signum aut egestio aut urina. Videtur quod egestio quia dicit ysaac quod urina noctis certior est quam urina diei et hoc quia plus moratur in corpore. Si egestio plus moratur in corpore quam urina quia est uel quantum [illegible] antequam [illegible] ergo etc. ¶ Item egestio est signum proprium urina [illegible]. ¶ Item egestio supra primam digestionem attestatur que communis et principalis est ad alias. ¶ In contrarium est ysaac. d. Vrina in morbis etc. ut dicitur. ¶ Item urina accipit impressionem a toto corpore egestio solum a stomacho et intestinis ideo etc. ¶ Ad hoc dicendum est quod possibile loquitur de istis duobus in morbis uel in morbis uniuersalibus uel particularibus et hec in aliis locis aliorum digestionis sic urina certius signum quia in substantia et in [illegible] et tactibus digeritur quam egestio ideo etc.

¶ Ad id quod obicitur dicendum quod illud intelligitur de urina comparata ad egestionem non ad egestionem quando dicitur urina noctis etc. ¶ Ad aliud dicendum quod argumentum est plus ualet ad oppositum. Vnde quia urina a pluribus locis decenditur ideo certius signum est. ¶ Ad id quod obicitur quod egestio significat supra egritudinem et speciem egritudinis. Vrina supra egritudinem unde non distinguitur unam speciem egritudinis ab alia quia una et eadem urina in colore. multa representat dicendum quod immo distinguit sicut et egestio ut patebit post. ¶ Tunc queritur per quod sumitur certius signum uel iudicium an per urinam uel per hanelitum et pulsum. Videtur quod per urinam quia arguitur supra epar et eius dispositiones quod est membrum nobile. hanelitus supra pulmonem quod est membrum minus nobile ergo etc. ¶ Item finis imponit necessitatem eis que sunt ad finem sed tradita est ars de urina non de hanelitu. ergo etc. ¶ Item urina significat supra morbum et speciem morbi hanelitus supra morbum solum. ¶ Contra hanelitus distinguit mortuum a uiuo urina non sic ergo hanelitus certius est signum. et hoc patet in sincopi. ¶ Item hanelitus fit duplici uirtute naturali et uitali. Vrina uirtute naturali solum ergo etc. ¶ Item hoc dicit ypocras in amphorismo. ut ibi. Spiritus bonus etc.

¶ Ad hoc dicunt quidam quod in egritudinibus materialibus urina quo ad processum temporis egritudinis certius signum est. Si per comparationem ad terminum propinquum sic hanelitus certius. Et ad hoc omnem urina quia ypocras loquitur in pronosticis de acutis ubi est propinquus terminus ideo dicit ibi. Ipse est etiam signum. ¶ Ad argumentum dicendum. Vrina significat supra epar etc. dicendum quod aliquod membrum potest dici nobile uel quia regit et sic epar. cor. cerebrum. testiculi. uel quia habet nobilem operationem et sic oculus est nobilis. Vel quia necessarium. et sic meri et trachea arteria et hoc modo ultimo pulmo est membrum nobile quia necessarius est ad refrigerandum cor continue ideo signum ab operatione eius sumptum est magis necessarium. ¶ Ad aliud dicendum quod de hanelitu quia de facili perpenditur et omnis scientia de bono et difficili. Item quia per scientiam de pulsu excusatur quia per eandem doctrinas fiunt, ut dicit auicenna. ¶ Tunc queritur super quos morbos attestetur utrum supra morbos intra uasa uel extra. ¶ Videtur quod super morbos extra quia uirtus naturalis est circa morbos non particularis est in prima nec secunda digestione ergo particularis est in tertia et illa est extra uasa ergo etc. quia super illam attestatur urina. ¶ Item multa sunt in urina contenta ubi materia faciunt significationem et ypostasis a membris decidetur et sic arguitur super morbos extra uasa. ¶ Contra. Vrina in morbis materialibus habet etc. et glosatur. i. in morbis extra uasa. ¶ Item urina descendit in epate ab humoribus et transit per uenas deferendo sanguinem ergo etc. ¶ Item auicenna dicit quod attestatur magis supra morbum intra uasa. ¶ Et uidetur hec questio utrum arguat super speciem morbi. Et uidetur quod sic quia per pinguedinem in suprema eius parte distinguimus unam egritudinem ab alia. Vnde tunc fit ethica etc. ¶ Item urina uelud subiugulum attestatur super dolorem capitis. ¶ In contrarium est ysaac. d. quod super morbum et super speciem morbi attestatur. ¶ Item dicit auicenna. in littera quod urina nigra multa significat ut diuisio specierum morborum. ergo etc. ¶ Ad hoc dicunt quidam quod in morbis utilibus ex parte coloris attestatur supra morbum intra uasa. ex parte contentorum super morbos extra uasa. Vel aliter si morbus sit de materia intra uasa plus attestatur super materiam intra uasa et morbum. Si extra plus supra morbum extra. dicendum tamen cum auicenna quod plus attestatur super morbum intra uasa. ¶ Ad id quod obicitur dicendum est quod digestio non est omnino extra uasa immo interius quia post est ut in quolibet membro est et uenis etc. sed medicus sentit est ideo cum non solum fiat in uenis dicitur quod fit extra. Secundum dicendum est ad quod quia ypostasis autem digestio est et illa intra ut iusum est. ¶ Ad aliud dicendum est quod in propriis signis arguit super speciem morbi in communibus non. quod ergo quod sic dicendum quod uerum est cum aliis signis propriis possunt non. Vt urina lucens super apostema epatis. alba arenosa super apostema uesice. Ruber super lapidem renum etc. Vnde cum suppositione signorum distinguitur non possunt.

¶ Tunc queritur utrum urina sit superfluitas cibi uel potus. ¶ Quia potus uidetur quod sic quia sic sit genita

Sed urina sitis est potui non cibo. ¶ Item decisus attestatur ei a quo decipitur et plus attestatur potui ergo plus est superfluitas potus. ¶ Item ad multitudinem potus sequitur multitudo urine et ad diminutionem diminutio etc. ergo etc. ¶ Contrarium per sensum apparet quia multa urinant que non potant. ¶ Item dicit .G. quod aqua non nutrit nisi mixta cibo nec sicut eam bibat ea humectetur. Quod si sic ab ipsa non fit superfluitas urinalis. ergo erit superfluitas cibi. ¶ Tunc dato quod sic uidetur quod non queritur utrum decindatur a materia morbi uel nutrimenti. videtur quod a materia nutrimenti quia reperitur in sanis ubi non est morbus. Item est colamentum sanguinis qui reperitur in sanis sicut in egris. ¶ Contra. G. dicit quod crisis fit multis modis per sudorem. fluxum sanguinis a naribus etc. quando sic materia morbi euacuatur ergo est per urinam possibile materiam morbi euacuari uidetur quod descindatur a materia morbi. ¶ Item ypostasis arguit super materiam morbi et descenditur a materia morbi. Item et arguit supra morbum ergo etc. ¶ Ad primum dicunt quidam quod urina est superfluitas potus tantum. Alii quod cibi tantum alii quod utriusque plus tamen potus sic dicit auicenna. ¶ Ad id quod obicitur quod sitis etc. dicendum quod quedam est generatio possibile ut hoc ex hoc. et sic uerum est. Alio modo per uiam sequestrationis et sic non oportet et sic generatur urina. Vel dicendum quod attestatur potui sed non omnino. ¶ Ad aliud quod dicitur dicendum quod cibus habet partes fluidas et liquidas et sic potest ab ipso descindi urina. et quasdam grossas et compactas et sic non etc. ¶ Ad aliud Johannes dicit quod potus est uehiculum cibi ergo si non sit potus non erit urina dicendum quod uerum est quod est uehiculum cibi grossi per membra non tamen omnis quod liquidus est. ¶ Ad aliam questionem dicendum quod in egris ab utroque materia descinditur et morbi et nutrimenti et ideo materia habet ibi significationem. ¶ Ad aliud sanguis est materia nutrimenti uerum est et etiam morbi et urina est colamentum sanguinis. Vnde eodem sunt cause sanitatis et egritudinis.

¶ Tunc queritur ubi fiat eius generatio. et uidetur quod in epate per auctores sed contra uidetur quia ex illo fit sanguis in uenis et in uenis est pura aquositas que fit urina ergo etc. ¶ Item queritur dato quod in epate utrum in gibbo uel in sima. Quod in gibbo uidetur quia plus ei attestatur sicut auicenna etc. ¶ Contra descendit et sequestratur ab humoribus sed humores bene generantur alibi quam in epate ut colera prassina in stomacho. flegma in capite ergo et ibi potest urina generari. ¶ Ad primum dicendum est quod in epate generatur principaliter et perfecte. Et ad id quod obicitur quod generatur cum humoribus dicendum quod non sequitur quamcumque generationem humorum sed primariam et perfectam et naturalem que fit in epate accidentalem uero non que fit in principalibus membris. ¶ Quod obicitur sanguis exsudare in uenis sit ex [illegible] residuum sit aquositas a quo urina dicendum est quod sed est secundum immo remanet adhuc flegma sed liquidius. Item dato quod essed aquositas cum sit ualde modica et insensibile et medicus sit sensu non diceretur ipsum esse urina. ¶ Ad illud quod queritur in qua parte dicendum est quod in gibbo secundum rem et in mediate sed in ore stomachi et in messaraicis et in sima potest generari mediate et secundum magis et minus. ¶ Quod obicitur quod attestatur gibbo uerum est sed non est quod plus ibi sed quod immediatius. ¶ Ad aliud quod obicitur quod completur in gibbo generatio humorum secundum est immo in sima et in uenis. ideo etc. ¶ Tunc queritur utrum urina retineatur ut currat cum sanguine ad omnia membra corporis.

hic est dico

[illegible]

Quod autem uel ego certius signum an urina aut egestio.

Quod per quod sumitur certius signum an per urinam an per hanelitum.

mouentur

Quod uidetur utrum attestetur super morbos intra uasa uel extra uasa.

Quod utrum urina arguat super speciem morbi.

Quod utrum urina sit superfluitas cibi an potus.

Quod utrum urina descindatur a materia morbi an a materia nutrimenti.

Quod ubi fiat generatio urine. dato quod in epate utrum in gibbo an in sima.

Quod utrum urina retineatur ut currat cum sanguine ad omnia membra corporis.

Utrum urina transit cum sanguine ad membra vel regrediatur ad epar

Et uidetur quod sic quia urina est signum generale attestans super omnia corporis membra. Sed hoc non esset nisi transiret ad aliquod membrum et nisi transiret cum sanguine ad omnia membra corporis. ergo et cetera. Item hoc asserunt auctores. Theophilus, ysaac et auctor iste. ergo et cetera. Item distinguitur de urina sicut de humoribus, scilicet quedam est urina que est superfluitas impura scilicet et alia que retinetur ut currat cum sanguine. Item secundum quod aqua non nutrit nec irrorat membra et cetera. sicut dicit Galenus. sed si retineretur et curreret cum sanguine irroraret membra ergo et cetera. Item est superfluitas impura non refrenatur sed talis est in statim expulsio ergo et cetera. Hoc apparet in spermate, colericis et cetera quasi statim facta eorum generatione expellitur. Item queritur dato quod currat cum sanguine ad membra utrum uero regrediatur ad epar. Et uidetur quod non quia omne illud quod mouetur ab uno loco ad alium uiolenter habet regredi ad eundem locum a quo uiolenter egreditur. Sed urina uiolenter mouetur cum sanguine ab epate ad alia membra corporis. ergo si regredietur uere ad epar hoc erit motu uiolento. Sed nullus talis motus est in corpore ergo et cetera. Item membra exteriora uilia sunt respectu interiorum. ergo cum membra nobilia habent transmittere suas superfluitates ad ignobiliora et urina sit superfluitas membrorum exteriora non habent transmittere aquositatem urinalem ad epar sed potius econtra. Item contrarium sunt auctores dicentes quod regreditur ad epar et defert secum materiam ypostaticam scilicet superfluitates grossas ibi existentes que non potuerunt egredi uel exalari per poros corporis.

Ad primum dicendum est quod urina retinetur i. aliqua portio eius et hoc triplici de causa ut dicunt auctores. Una est ut reddat sanguinem magis fluidum et subtiliorem ad penetrandum per membra compacta et desiccata. Et alia est ut irroret membra desiccata. Et ut materiam ypostaticam ambabus educat ad epar et postea per uias urinales expellat et talis est illa que apparet sicut aqua in sanguine flebotomatorum. Et etiam concedo quod quedam portio retinetur ut currat ad membra cum sanguine non quod totaliter statim facta generatione ipsius trahatur ad renes et eiciatur sicut dicunt quidam. Ad id quod obicitur quod est superfluitas impura quod statim emittitur sicut fit in crapulatis et diabeticis dicendum quod duplex est eius portio quedam que est superfluitas solum et illa statim emittitur sicut fit in crapulatis et cetera. Alia est que necessaria est uel iuuatiua et retinetur in epate ut currat cum sanguine et faciat que dicta sunt. Ad 2um quod obicitur quod aqua non nutrit et cetera. dicendum est quod corpus desiccatum et priuatum humore indiget humectatione ut patet in ethicis et in una uice. Unde ethicis multum competit balneum sed si sit desiccata per repletionem non competit tamen aqua nec aliqua irroratio sed potius in contrario et hoc est quia aqua est obtuse actionis. Unde cum humor uiscosus est cum sitis uel desiccatiuus plus competit tysana quia incidit et diuidit quam aqua pura que obtuse est sive actionis. Sed contra hoc adhuc arguitur quia frustra fit per duo quod potest fieri per unum. sed colera retinetur cum sanguine ut faciat ipsum penetrare membra ergo frustra retinetur superfluitas urinalis cum colera sufficiat ad hoc. Ad hoc dicendum quod utraque requiritur quia aqua ut humefaciat et reddat sanguinem magis fluidum colera uero ut faciat ipsum penetrare et ita aptat per se. Ad aliam questionem dicendum est quod ipsa urina regreditur ambabus ad epar ut per uias urinales postea expellatur. Ad 1um quod contra hoc obicitur quod non quia hoc esset uiolenter et cetera. dicendum est quod quedam est motus naturalis ut ille qui est in illis que regunt anima et de talibus est uerum quod obicitur talis autem non est motus urine ad membra et econtra. Alius est motus naturalis qui fit anima et a natura ut in illis que reguntur ab anima et natura sicut in animalibus et plantis et talis potest fieri ab uno loco ad alium ut a dextro in sinistrum et econtra. Et hoc naturaliter et ita urina potest moueri naturaliter ad membra ab epate et econtra. et hoc est propter finem ut uisum est. Tunc queritur utrum a tota specie trahatur per kilim uenam ad renes uel a complexione. Et uidetur quod a complexione quia renes calidi attrahunt ipsam et calidas et cetera. nominant complexione. Item superflue calefacta superflue attrahit urinam propter superfluam caliditatem ergo et renes superflue calidi simpliciter attrahent propter caliditatem ergo a complexione. Ad oppositum per eandem uirtutem attrahitur urina ad renes qua nutrimentum ad membra sed illud attrahitur a tota specie ad membra ut dicit Auicenna. ergo et cetera. minor patet quia cum urina delegatur quedam portio sanguinis ad renes ut eos nutriat et sic de aliis membris per quam transit ergo et cetera. Item nullus dicat quod eadem uirtute attrahit uena urinam sicut splen melancoliam uel cistis fellis coleram sed ista attrahit a tota specie ergo et cetera. Contra si hoc esset uerum tunc ibi pausaret sicut ferrum cum adamante nec ultra delegaretur ad uesicam. Ad hoc dicendum est quod attrahit et a tota specie et a complexione sicut membra a tota specie attrahunt nutrimentum ut os osseum et caro carneum sed superfluitates ut urina tenent partes sicut pisces hamum sub cibo et ista uirtus que appellatur tota species non est ad motum nisi in grauibus que a tota specie descendunt et leuia ascendunt. Alio in adiumptiones

Utrum urina trahatur per kilim uenam a tota specie an a complexione

faciendas sicut humores in una quadra lune plus crescunt et mouentur quam in alia et hoc a tota specie influit eius luna. Ad 2um quod obicitur renes si calidi et cetera. dicendum quod hoc est uerum mediante ad complexione et sic ad argumentum. Ad 1um quod obicitur quod a tota specie dicendum est quod abeadem uirtute attrahitur qua nutrimentum ad membra uerum est secundum nutrimentum attrahitur per se sed aquositas urinalis per accidens. Ad 2um dicendum quod eadem uirtute generali uerum est uel eadem uirtute regulante sed eadem uirtute regulata et speciali non. ideo et cetera. Tunc queritur utrum color sit certum signum in urina supposito quod possit colorari colore perspicuo et cetera. Et uidetur quod non quia per exteriora solum res notificatur cum sit exterminus perspicui et cetera. ergo et cetera. Item sapor est sequela complexionis color non ut dicit ysaac ergo non est signum certum de ipsa complexione et cetera. Contrarium uidetur per auctores omnes. preterea hoc queritur quia color non arguit super dicta sicut sapor sed arguit solum super signes urine et sanitatis et egritudinis. Tunc queritur utrum unus color sit in urina uel plures. Et uidetur quod plures quia quod describitur ab aliquo attestatur eidem. Sed urina describitur a .4. humoribus qui habent colores diuersos. Item in urina sunt partes grosse et partes subtiles et ideo color diuersificatur prout adiungit sibi subtili et grosse ergo et cetera. Item in urina sunt tria aquositas que est ueritas urine. liquor qui est portio humoris et etiam ypostasis sed ypostasis non habet colorem liquoris ergo nec liquor coloris aquositatis et sic erunt ibi plures colores. Contrarium sunt auctores. Et ueritas et sensus maxime quantum ad urinam naturalem sentitur. Ad primum dicendum est quod color in urina est certum signum. liquor certius. sed ypostasis certissimum. Et ad id quod obicitur in contrarium dicendum est quod quidam color est tiatus sicut in lacte caseo et cetera et talis color non habet esse in urina. Alius est color prinius uel perspicuus et talis est in urina unde potest uideri intus et extra. Ad aliud quod arguitur per ysaac color non firmat suam speciem dicendum quia intestinis non est semper sigum quo firmat ita bene sicut sapor. uel dicendum aliter quod uerum in corporibus solidis sed in perspicuis bene potest firmare suam speciem et urina est tale corpus. Et hoc patet solo ad se. quoniam quia dicta est solidum corpus. urina uero est perspicuum. Item aliquibus non recipit cum sinis caulis in sensu uel uisu sicut urina ideo et cetera. Ad aliam questionem dicendum est quod unus color est in urina tantum quia tam liquor tam aquositas est corpus fluidum et liquidum et commiscent se et ideo unus color reddunt eis. Ad 1um quod obicitur dicendum quod urina describitur ab humoribus per uiam segregationis solum et ideo non oportet quod attestetur eis. Item dato quod uera descriptione describeretur adhuc non ualet quia non describitur ab illis ut distincti sunt sed prout indistincti. Ad id quod obicitur de liquore dicendum quod sit unus color per permixtionem partium eorum permixta scilicet ex liquore et aquositate. Ad 1um quod obicitur quod plus conuenit ypostasis et liquor quam liquor et aquositas uerum est in forma partium quia utrumque compositum. Sed aquositas ista que est ueritas urine est simplex sed in commixtione uel admixtione plus conueniunt aquositas et liquor quia plus commiscentur uel admiscentur et cetera. Tunc queritur quomodo detur color in urina utrum uia digestionis uel admixtionis. Et uidetur quod uia digestionis quia facilius est dare colorem quam substantiam ut dicit ysaac. Sed substantia urine datur per digestionem ergo et color. Item sicut est de calore intra et extra sed calor extra ut solis et cetera. dat colorem ut in fructibus sicut in cerasis et pomis et est qualitas actiua ergo similiter et calor naturalis in corpore humano. Item accidentia anime habent tingere et hoc per extinctionem caloris interius ergo et cetera. Contrarium sunt omnes medici qui dicunt quod per uiam admixtionis. Item aqua quantumcumque digeratur numquam coloratur nisi aliquid cum ea admisceatur ergo cum ueritas urine sit aquositas simplex ergo et cetera. Item signa humorum habentur per urinam hoc non esset nisi aliquid de humoribus cum ipsa admisceatur et cetera. Ad hoc dicunt quidam quod color datur urine solum per uiam commixtionis quia ex eisdem sunt et nutriuntur et simul composita. Ita nutrimentum oportet esse compositum uel admixtum et urina est pars impura et superflua nutrimenti ideo et cetera. Alii dicunt quod per uiam digestionis quia in urina sunt .4. elementa et cum ueniunt ad epar calitate ipsius epatis ibi digeritur et secundum quantitatem et qualitatem caloris epatis sibi recipit diuersam digestionem et exigunt diuersum colorem et cetera. Alii dicunt aliter quod est quedam urina que est signum ipsi medico et sic datur ei color per uiam commixtionis. Alia est que fugit opinionem nature sicut est in dyabeticis et regulosis et isti datur color uia digestionis quia nulla fit ibi commixtio sensibiliter admixtionis sed restat in qua sit admixtio dico ergo quod omnis color qui datur urine datur ei per uiam commixtionis sed hoc potest esse sensibiliter uel insensibiliter et quia medicus est sensibilis dicat ei dari per uiam digestionis.

Explicit [illegible]

Aliud quod ob affectu(m) gabat (?) e(st) inchoacio (et) factus est dare colorem qua(m) substa(n)tiam (et)c. Et quia iam (?) est loque(n)do de spi(ritibus) coloris ...

Aliud quod est q(uod) quanto adiungit ... adpassiuu(m) no(n) q(uia) aquositas urinal(is) simpl(iciter) est q(uod) est passiuu(m) (et) r(ati)o calor(is) i(n)terioris ... fructus uo(n) co(m)positi (et) cop(or)itu(m) pot(est) colorari p(er) actiuas qualitates s(ecundu)m admixtione(m) lig(uor)is ...

... aqua admixta p(er) digestione(m) pot(est) colorari sic (et) aquositas urinal(is) ...

[illegible]


Tunc q(ueritur) utru(m) ...

certius signu(m) in urina liquor aut color. Et u(idetur) q(uod) liquor s(ecundu)m Rasi (et) alios auctores. Contra color e(st) obiectu(m) ... certioris (et) nobilioris ut uisus ...

[illegible]

... ad aptitudine(m) ... uel abigidis mortificante (et) sic non potest distornari ...

Notandum q(uod) urina pot(est) tornari a calido (et) frigido ...



De urinis.
Niger.
Liuidus.
Albus.
Glaucus.
Karopos.
Lacteus.
Subpallidus.
Pallidus.
Subcitrinus.
Citrinus.
Subrufus.
Rufus.
Subrubeus
Rubeus.
Subrubicundus.
Rubicundus.
Inopos.
Kyanos.
Viridis.
Niger.
Colores
Albus ut aqua pura.
Glaucus ut cornu lucidum.
Lacteus ut serum caprinum.
Sub citrinus intensior pallido.
Citrinus ut citrum.
Rufus ut aurum purum.
Subrubicundus uel ruteus.
Inopos ut uinum calabriense.
Viridis ut sucus porri.
Niger per adustionem tinctus.
Remissi
Omnes isti frigiditatem significant.
Mediocres
Isti temperamentum coctionis significant ut in pluribus.
Intensi
Isti caliditatem significant excedentem.
Niger per adustionem.
Sanguinem
Rubeus spissus.
Subrubicundus.
Rubicundus.
Niger sanguine adusto.
Fleugma
Albus cum grossa substantia.
Subpallidus spissus.
Pallidus.
Subcitrinus spissus.
Melancoliam
Glaucus. liuidus.
Niger per mortificationem.
Cum subtili substantia.
Colera
Liber pulsuum.
Dicit alchabas. Pulsus est nuntius qui non fallit et preco qui non mentitur.
In motu
Dyastoles .i. dilatationis.
Sistoles .i. constrictionis.
Hanelitus spiritus
In causa efficiente quia
In opere quia

Sumuntur ab opibus uirtutis. Alia est triplex. Sic triplex est uirtus qua aliud: —

Sumuntur a uirtute animali
- Comprehensiua
  - Occulte ut bona ymaginatio et similia sunt signa bone complexionis interius aut intrinsece.
  - Manifeste ut sunt signa sumpta a .v. sensibus. scilicet uisus auditus gustus et c.
- Motiua ut sunt signa sumpta a motibus uoluntariis et de hiis est motus pectoris et anhelitus.

Sumuntur a uirtute uitali
- Operata ut sunt signa sumpta ab accidentibus anime . scilicet ira . gaudio . et similibus.
- Operatiua ut est signum sumptum a motu cordis et etiam arteriarum et de hiis est pulsus.

Sumuntur a uirtute naturali
- Ministrante tantum ut signa sumpta a bona digestione uel mala et similia
- Administrata tantum ut signa sumpta ab operibus uirtutis generatiue.
- Ministrante et ministrata ut signa sumpta ab operibus nutritiue et augmentatiue.

Signum aliud

Sumuntur a corporis qualitate
- Quantum ad signa sumpta per uisum sunt colores et habitudines et c.
- Quantum ad tactum . duricies . et mollicies . uel mixtio corporis.

Aliud ab esse uirtutis aut operationis triplex ut et sic triplex est digestio quia quedam

- Sunt superfluitates prime digestionis ut egestio et c.
- Sunt superfluitates secunde digestionis ut urina
- Sunt superfluitates tertie digestionis ut sputum et similia

Et hoc modo signa ex hiis:

.G. primo de interioribus.
- Calore ut urina citrina . sudor . egestio . citrina colera significat.
- Sono . ut uentositas.
- Sapore ut uomitus amarus uel acetosus melancoliam et similia.
- Odore quia fetidus exiens putrefactionem significat.
- Quantitate quia omne exiens debet proportionari ei cui est superfluum.
- Qualitate quia si est subtilior debito uel grossior malum significat.
- Tempore exeundi quia omne exiens debet exire post suam digestionem.
- Figura quia omne exiens assimilatur ei unde decidit ut dicit G.
- Ex forma eius, eius quia egestio longa significat intestina.
- Mixtio quia eius mixtio ut egestio est admixta pinguedo.
- Modo exeundi quia exiens non debet exire cum uiolentia.
- Continuatione exitus quia egestio que est debet sequi leuitas.

Magnus quidem a
- Forti uirtute . scilicet operatiua cordis que uehementer mouet arteriam et spiritum impellit . equaliter se habentibus.
- Forti necessitate que incitat uirtutem .
- Forti instrumento . scilicet arteria que de se mobilis est.

Paruus quidem a
- Debili uirtute cordis que uix mouet arteriam et spiritum impellit . equaliter se habentibus.
- Pauca necessitate.
- Instrumenti inobedientia resistentis.

Mediocris qui causatur a mediocritate se habentibus supradictis.

Velox quidem a
- Forti uirtute.
- Fortiori necessitate.
- Instrumenti obedientia.

Tardus quidem a
- Debili uirtute.
- Minori necessitate.
- Instrumenti inobedientia.

Mediocris qui a mediocritatibus supradictis causatur.

Spissus siue frequens quidem a
- Uirtute debili.
- Necessitate multa.
- Instrumenti obedientia.

Rarus quidem a
- Uirtute forti.
- Necessitate pauca.
- Instrumenti inobedientia.

Mediocris qui causatur a mediocribus supradictis.

Fortis quidem a
- Forti uirtute.
- Mediocri necessitate.
- Instrumenti mediocri obedientia.

Debilis quidem a
- Uirtute debili.
- Necessitate pauca.
- Instrumenti inobedientia

Mediocris qui causatur a mediocribus supradictis.

Nota. quod necessitas magna uel parua est ex multa uel pauca calididitate intensa uel remissa circa cor.

Ordo actionis caliditatis est iste nam
- Calefacit . 1.
- Rarefacit . 2.
- Subtiliat . 3.
- Resoluit . 4.
- Vaporat . 5.
- Inflammat . 6.
- Urit . 7.
- Totum uel incinerat . 8.

Ordo actionis frigiditatis est iste nam
- Infrigidat . 1.
- Inspissat . 2.
- Ingrossat . 3.
- Includit . 4.
- Coartat . 5.
- Refrenat . 6.
- Extinguit . 7.
- Mortificat . 8.

Ordo actionis siccitatis est iste scilicet
- Desiccat . 1.
- Exasperat . 2.
- Attenuat . 3.
- Indurat . 4.
- Arefacit . 5.

Ordo actionis humiditatis est iste nam
- Humectat . 1.
- Lenit . 2.
- Separat uel superfluitat . 3.
- Mollificat . 4.
- Suffocat . 5.


Nota uero quod certius signum ad significandum supra consistentiam cordis . inter anhelitum et pulsum. Nota quod pulsus . quia aliud est querere quod est certius signum et aliud est querere quid certius significat . Iam pulsus est motus cordis quia dependet ab eo . nam spiritus qui facit pulsum procedit ab euaporatione que fit ex ebullitione sanguinis in corde . et arteria seruit cordi seruitio delatorio quia defert sanguinem et spiritum uitalem per totum corpus ad membra uiuificanda sine quo spiritu omnia membra putrescerent et caderent et quo presente omnia membra uiuunt et omni alia uirtute absente et istud iudicium non fit nisi post perfectam digestionem sanguinis et operationem eius in corde . Anhelitus uero non dependet a corde sed a cerebro mediantibus lacertis pectoris et fuit anhelitus cordi seruitio respiratorio et procedit operationem cordis . sic significat perfectam operationem certius est quod quod significat tempus uel spatium quo eius significat prius anhelitu . Preterea pulsus minus nos decipit quam anhelitus . Certum signum licet anhelitus sit per uigorem cordis leuiter non tamen ab eo dependet habitudine et c.

Nota . secundum . G. in libro de introductorio ad pulsus quod arterie pulsant alternatim sibi inuicem et cordi ita ut liceat ex uno sillogizare et argumentari de omnibus: —

Nota . secundum . G. de utilitate pulsus . quod arteria tam facit nam recipit a corde spiritum et aerem ab exteriori mediante diastole et excludit uapores inflammatos per sistolem et defert spiritum ad membra uiuificanda

Nota . secundum . G. 3o. de interioribus et . G. de iuuamentis membrorum quod uirtus qualibet arteria est continua cum una uena per totum corpus. Ubi fecit natura ut arteria per diastolem attrahit sanguinem a uena et per sistolem impellat spiritum uitalem in uenam. —

Nota . secundum ysaac in libro diffinitionum . fuit una tunica arterie et alia uadit . sic causa adfortandi et uiuificandi motum diastoles et sistoles . et est sic causa aduersionem certificandi et est de eorum natura quia non pari admistione alicuius humoris et ideo si non haberent nisi unam tunicam non possent in motum.



Pulsus variatur a rebus
Naturalibus
Principalibus
Complexionibus
Calida que operatur de se magnos et veloces pulsus.
Frigida que operatur de se tardos et paruos pulsus.
Humida que de se pulsus operatur molles et lenes.
Sicca que de se pulsus duros et spissos operatur.
Humoribus
Sanguis magnos et plenos et molles operatur.
Colera veloces et magnos et duros operatur.
Fleugma paruos et debiles et lenes operatur.
Melancolia paruos debiles duros et tardos.
Virtutibus
Virtus fortis pulsus operatur fortes et magnos.
Virtus debilis paruos et debiles operatur.
Siccitas durum operatur.
Humida mollem operatur.
Calida calidum operatur.
Frigida frigidum operatur.
Pulsus etatum.
Pulsus habitudinum.
Pulsus sexus.
Aere
Exercicium
Requies
Cibus et potus
Repletio
Inanitio
Ira
Gaudium
Tristicia
Timor
Sompnus
Vigilie
Pulsus accidentium anime.
Non naturalibus
Contra naturam
Morbo
Complexionalibus
Officialiter
Accidente
Quod est magis necessarium vite vel pulsus vel anhelitus. Responsio est secundum G. vite cordis est magis necessarius anhelitus. vite aliorum membrorum pulsus.
Nota quod pulsus immutatur ab hiis. Sexus. Complexio. Habitudo. Tempus anni. Etas. Regio.

Primū sumitur s(ecundu)m dimisiōes arterie s(ecundu)m q(uo)d est — Magnus / Paruus / Mediocris

Sc(un)d(u)m sumi(tur) s(ecundu)m motū arterie s(ecundu)m q(uo)d sumit(ur) — Velox / Tardus / Mediocris

Tertiū sumi(tur) s(ecundu)m tenorem uirtutis s(ecundu)m q(uo)d est sumptū — Fortis / Debilis / Mediocris

Quartū gen(us) sumi(tur) s(ecundu)m s(ubstanti)am arterie s(ecundu)m q(uo)d sumptū — Durus / Mollis / Mediocris

Quintum genus sumi(tur) s(ecundu)m tempus quietis secundum quod sumit(ur) — Frequens / Rarus / Mediocris

Sextū gen(us) sumi(tur) s(ecundu)m equalitate(m) uel inequalitate(m) i(n) p(re)dictis (et) h(abe)t equalitas uel inequalitas aut consideratur —

In uno (et) eodem pulsu ut qui i(n) p(ri)mo digito est fortis deinde non cessat debilitari in minimo uel e(con)uerso uel utroq(ue) modo ut i(n)cipiat ab uno (et) (con)tinue i(n) minimo se(cun)dum fortis (et) in alio econtrario fiat debilis (et) sic sic fit in pulsu. —

Cauda muris stricta qui incipit a fortis (et) magis (et) tandem cessat in minimo.
Cauda muris retorta que est ecc(ontra)rio . ... in digito alius.
Due caude muris coniuncte ap(ud) eam grossiores extremitates ...
Fluctuans uel undosus.
Caprizans qui duas h(abe)t diastoles antequam h(abe)at unam sistolem.
Serrinus ad modum serre. ‖ Similis sed e(st) durior.
Martellinus qui bis percutit arteriam quando caprizans est
Ramosus.
Spasmosus.
Vermiculosus.
Formicans.
Ptisicus.
Inclinatiuus.

In pluribus pulsibus ita ut qui uno est fortis in alio fit debilis uel e(con)trario (et) de aliis diuersis (et) h(abe)t duplex —
Incidens qui resurgit a mala dispositione in bono.
Decidens qui semp(er) inclinat(ur) ad malum.

Septimū genus sumit(ur) s(ecundu)m ordinem uel eius contrariū in p(re)dictis .v. primis generibus q(uo)d consideratur —
In uno pulsu (et) est ille qui num(erum) (et) ordine(m) motus (et) quietis uniformiter obseruat uel non obseruat.
In pluribus pulsibus ut qui motus plures (et) quietes. numerum obseruat motus et quietis uel non obseruat.

Octauū gen(us) sumi(tur) s(ecundu)m quantitatem eius q(uo)d continetur i(n) arteria (et) s(ecundu)m h(oc) sumi(tur) —
Plenus qui rotundum et plenum reddit pulsum (et) replet digiti uerticulos.
Vacuus qui huic est contrarius.
Mediocris qui est medius inter istos.

Nonū genus sumitur s(ecundu)m pondus (et) p(ro)portionē que accidit inter pulsum (et) illum cui est pulsus (et) s(ecundu)m h(oc) consideratur —
Incidens qui paulatim resurgit donec ad terminū naturalē redeat.
Decidens qui paulatim deficit donec ad defectum omnino accedat.
Intercisus qui intersecat motus (et) ponit sistolē ubi deberet esse diastoles.

Decimū genus sumi(tur) circa qualitate(m) arterie (et) s(ecundu)m hoc sumi(tur) pluraliter — Calidus / Frigidus / Humidus / Siccus

Quia scientie mediane .G. in pluribus suis libris sparsim (et) diffuse tradiderat ... desiderans quod sparsim maluis tradiderat agregari (et) succincte ... libuum tegni composuit qui alio nomine dicitur microtegni .i. ars parua. ... q(uo)d est paruū (et) tegni q(uo)d est ars. ... respectu illi h(ab)et ... megategni . amega q(uo)d est maior (et) tegni . unde in isto libro q(ui) dicitur parua ars ... breuit(er) .q. ... (et) situata (et) ... copta librorum ... Materialis ... que dicitur in libro ... Galienus

Causa — Formalis — Forma tractatus .i. modus agendi qui est terminis diffinitiuus.
Forma tractatus .i. ordo capitulorum (et) tractatuum ad inuicem.
Efficiens: Gualienus.
Finalis — ... — propinqua ... — ... — remota que est lucrū ... hoc.

Corpus —
Sano — Simpliciter — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc.
Egro — Simpl(iciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc.
In p(ri)mo significato — Simpl(iciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc.
Neutro — In sc(un)do significato — Equaliter p(ar)ticipando — Simp(liciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc. / Inequaliter p(ar)ticipando — Simp(liciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc.
In t(er)tio significato — Simpl(iciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc.

Causa — Sana — Simp(liciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc.
Egra — Simpl(iciter) — ut semp(er). / ut multū. — ut nunc.
Neutra — In p(ri)mo sig(nifica)to — Simpl(iciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc. / In s(ecun)do sig(nifica)to — Equaliter p(ar)ticipando — Simpl(iciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc. / Inequaliter p(ar)ticipando — Simp(liciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc. / In t(er)tio sig(nifica)to — Simpl(iciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc.

Signo —
Sano — Simpl(iciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc.
Egro — Simpl(iciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc.
Neutro — In p(ri)mo sig(nifica)to — ut simpl(iciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc. / In s(ecun)do sig(nifica)to — Equaliter p(ar)ticipando — Simp(liciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc. / Inequaliter p(ar)ticipando — Simp(liciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc. / In t(er)tio sig(nifica)to — Simp(liciter) — ut semp(er). / ut mult(um). — ut nunc.

Hoc si uis fuare traditum quale accepisti sedis sibi offeras.

Sani — Simpl(iciter) / Semper — quibus debent(ur) cause conseruatiue p(er) s(imi)l(e)
ut mult(um) / ut nunc — quibus debentur cause ad meliū reductiue

Neutrum simpl(iciter) sine egrotatiua cui debet(ur) regim(en) admixtū (et) reductiuū

Neutrum s(ecundu)m — Decidentie cui debet(ur) cū p(re)seruatiua q(ua)nto p(ar)te respicit p(re)seruatiuē dispositione(m) (et) p(ro)p(ter) futurā.
Conualescentie cui debetur causa restitutiua.

4.4

Tota scientia medicine est de:

- Corpore humano et partibus eius et hiis que in ipso sunt, quarum possit consideratio ut eius partes, et hee sunt multiplices, aut enim sunt ut:
  - Immediate et hee sunt membra officialia de quibus dicuntur potius, tractatur uel que loquitur:
    - a[...] compositio, forma, et de hiis declarauit G[alienus] in tractatu anothomie.
    - et iuuamentum operationum et de hiis declarauit in libro de iuuamentis membrorum.
  - Propinque ut membra consimilia de quibus fecit specialem sermonem in libro de anothomia simplicium membrorum.
  - Longinque ut humores, scilicet: Sanguis, Flegma, Colera, Melancolia — de quorum generatione et essentia in diuersis suis libris fecit mentionem.
  - Longinquiores ut elementa de quibus declarauit in libro de elementis.
  - Materia totius corporis et de hac declarauit in libro de spermate.
  - Principales agentes ut sunt uirtutes et que sunt tres:
    - naturalis de qua declarauit in libro de uirtutibus naturalibus.
    - Animalis de qua declarauit in libro de motibus [illegible] et de iuuamentis [illegible] et de uoce.
    - Spiritualis de qua declarauit in libro de pulsibus et de causis pulsuum.
  - Formales ut complexio de qua declarauit in libro de complexione et in libro de malitia complexionis diuerse.
  - Finales ut sunt operationes et de hiis declarauit in libro de motibus liquidis.
- Causa que triplex est, scilicet:
  - Curatiua que resistit egritudini et morbo, scilicet:
    - Consimili cuius curam ponit .7. 8. 9. x. xi. de ingenio sanitatis.
    - Officiali cuius curam ponit in passionario.
    - Communi cuius curam ponit .1. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. de ingenio sanitatis.
  - Conseruatiua que in sanitate conseruat corpus et eius partes de qua declarauit in libro de regimine sanitatis [illegible] in libro de alimentis.
  - Preseruatiua que debetur neutris [illegible] et de hac specialiter declarauit in v. de ingenio sanitatis. Et quia curatio et preseruatio non fit nisi de medicinis ideo de hiis declarauit dicens quia medicina aut est:
    - Simplex de qua declarauit in libro de simplici medicina.
    - Composita de qua in antidotario suo declarauit.
- Signo et quia signum et accidens in re idem sunt ideo de accidente multiplex est distinctio:
  - Quedam enim precedunt morbum ut rigor de quo declarauit in libro de rigore et tremore.
  - Quedam concomitantur morbum ut sincopis et huiusmodi de quibus declarauit .12. de ingenio sanitatis.
  - Quedam secuntur ut crisis de qua in libro de crisi declarauit et quia crisis fit in die critica ideo fecit librum de diebus creticis.
  - Quedam inseparabilia et quantum ad suas essentias considerantur de quibus in libro de accidenti et morbo, in quo in generali et speciali declarauit et de accidentibus et eorum causis, de causa uero morbum faciente et de morbo declarauit .i. et .2. de accidenti et morbo. Et quia morbus dupliciter potest considerari, scilicet in abstracto siue in generali et de hiis declarat de accidenti et morbo in primo.
- In speciali consideratur dupliciter uel de:
  - Uniuersali morbo totum corpus occupante ut febris de quo declarauit in libro de febribus.
  - Particulari ut de morbis interioribus de quo declarauit in libro de interioribus.

Circa medicinam simplicem tria attendenda sunt:

- Primum est de hoc uocabulo medicina simplex quod tripliciter dicitur:
  - Primo modo est medicina simplex in cuius mixtione est omnimoda uniformitas in partibus centralibus et superficialibus ut lactuca que intus et extra est frigida et per oppositum omnis illa que huic est contraria est composita ut rosa et alia.
  - Secundo modo dicitur medicina simplex illa que sensui apparet simplex licet per uirtutem sit composita et sic omnis medicina que talis a natura producta est simplex est et omnis que ab arte fit est composita, ut sirupus et cetera.
  - Tertio modo dicitur medicina simplex omnis illa que non est producta per artem et sic hoc est que per artem fiunt sunt composite. Lac uero cum per naturam factum sit erit medicina simplex.
- Secundum est de complexione medicinarum simplicium, que duplex est:
  - Potentialis que in est medicine in qua non mutata est et hec est triplex:
    - Quedam est actiua tamen habet in complemento ut piper quod habet in complemento habitus || corpus calefaciendi.
    - Quedam est passiua que potentia habet aptitudinem ad contingibile uel frigida ad frigidum calida ad calidum.
    - Tertia est que quam medicina est apta nata huius ex parte [illegible] sue mixtionis uel in cuius mixtione fuerit calida elementa dicitur calida et opposita dicitur frigida.
  - Actualis que iam est in medicina in complemento suo et que nunc ad presens ut aqua calida dicitur calida et huiusmodi complexionis tactus est cognitor.
  - Et utraque istarum potest diuidi quia alia est:
    - Temperata que non calefacit non infrigidat non desiccat non humectat corpus humanum.
    - Distemperata et hec est quadruplex, scilicet: Calida. Frigida. Humida. Sicca.
  - Item complexionum medicinarum alia est:
    - prima et est quam acquirunt res ex prima sui mixtione.
    - Secunda et hec est duplex:
      - Que quasi acquisita ab arte ut [illegible] tiriace et [illegible]
      - Que quasi acquirit [illegible] ut [illegible] lactis, caules, [illegible].
  - Item complexionum [illegible]:
    - Quedam est firma ut [illegible] camomille que non per ignem nec per calorem naturalem mutari potest.
    - Quedam uero non est firma que de facili permutatur ut [illegible] caulium, Rose et Endiuie.
- Tertium est de compositione medicinarum [illegible] substantia earum quia alia est:
  - Subtilis et hec est duplex:
    - Quedam est subtilis in actione que de facili penetrat in foramina et per meatus corporis ut || anetum, ciminum et similia.
    - Quedam est subtilis in passione que de facili separatur in partes paruas propter corpus || ut Spica et menta.
  - Grossa et hec est duplex:
    - Queda est grossa in actione que cum difficultate penetrat in poros et meatus corporis ut mirtus et bolus.
    - Quedam est grossa in passione que cum difficultate separatur in partes paruas ut || sandali, rub[...] et cetera.

Operationes medicine calide sunt .xii.:

- Prima est humorem subtiliare sed non facit hoc multum calida quia humorem adurit et ingrossat resoluendo subtile.
- 2a est abstergere sicut illa que secum duces humores quos in uenit in meatibus.
- 3a est exasperare et hoc facit uehementer abstergendo.
- 4a est aperire et hoc potest tripliciter facere:
  - Primo modo abstergendo ut mel.
  - Secundo modo conterendo ut piper et apium.
  - Tertio modo constringendo ut mastix et squinantum.
- 5a est rarificando poros cutis mollificare.
- 6a est resoluere faciendo materiam fumum et uaporem.
- 7a est attrahere quia medicina potest attrahere .4. modis:
  - Primo et sic attrahit sibi simile in complexione ut anacardus.
  - Secundo attrahendo mordicat ut elleborus albus.
  - Tertio modo attrahendo rubificat ut sepe emplastrum.
  - Quarto modo attrahendo inducit pruritum, ut sal.
  - Quinto modo ulcerat et uesicat ut cantarides.
